[illegible]-7-C-23

exlibris Sebastiani de Salis

Digitized by Google

Digitized by Google

CATO TAVRINENSIS

POLYDORI RIPAE MEDIOLANENSIS I. G.

PRIMARII IVRIS CIVILIS INTERPRETIS, ET SENATORIS;

PISIS

PRIMAM REGENTIS SEDEM.

Tractatus de Diuiduis, & Indiuiduis.

Scholæ ad forenſem vſum accommodatæ.

Ad Sereniſs. atque Auguſtiſſimum CAROLVM EMANVELEM, Sabaudiæ Ducem, Pedemontium Principem, &c.



S. Andrea della Valle.

MEDIOLANI;

Apud Octauium Bordonum. 1611. *Superiorum permiſſu.*

Imprimatur.

Fr. Camillus Oleuanus Sacri Colleggij Vniuerſitatis Ticinenſis Magiſter, ac Sancti Offitij Mediolani Commiſſarius pro Reuerendiſs. Inquiſitore.

Aloyſ. Boſsius Can. Ord. Theol. pro Illuſtriſs. Card. Arch.

Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

SERENISSIMO
AVGVSTISSIMOQ.
CAROLO EMANVELI
SABAVDIAE DVCI,
Pedemontium Principi, &c.

POLYDORVS RIPA.

NIſi hæc ipſa, inter alia plurima, vel ex eo Tibi deberi omnes intelligerent, Dux Sereniſſime, Princeps Auguſtiſſime, quòd mea quidem non minima opera, at verò Tua Maxima Benignitate in Ampliſſimo Taurinenſis Tuæ Academiæ Agro, ea, & maturata & pene cocta fuere: Agerem certè ego, tum ob alia innumera, tum ob me ipſum à Te mirum ſemper in modum auctum. Etenim, & Tua Clementia ad eam tantæ Academiæ ſedem prouectus ſum, in qua Cuiacij illi, Pancirolij, alijq; id genus Primarij Interpretes, profeſſi ſunt. Et Tua Munificentia, quæ toto Orbe perſpectiſſima eſt, maximamq; habet ad-

mirationem, Senatoria dignitate fui decoratus. Sed tandem: Tua hæc ſint, quòd Tu, Tuaq; Proles Glorioſiſſima, Imperatoria certè Maieſtas, & Armis decorata, & Legibus, omniq; ſcientiarum genere armata eſt. In Quorum ideo Regia, re omni ex voto perfecta, & Arma ſuſpendantur, & Codices.

Digitized by Google

Ad eundem Sereniſs. atq; Auguſtiſsimum

CAROLVM EMANVELEM

Genethliacum Carmen de EODEM,

Eiuſdem Polydori Ripæ.

Concipitur; Magno paret Natura Supremi
Præſulis Imperio: Mas putà concipitur.
Naſcitur; Intereà omne nefas abrumpitur. Et Fas,
Et Pax, & Pietas naſcitur interea.
Creſcit; Amor Matris, Patriſq; & Cura Deorum,
Spes populi creſcit maxima, creſcit amor.
Connubium ſtabilit; Orbem beat Auſtria Teda:
Nam, quia tale Orbem Connubium ſtabilit.
Prole Parens pulchra efficitur; Sæcla aurea condit,
Aeternat: Pulchra nam quia prole Parens.
Arma capit? Timet Orbis? Deponit? Recreatur.
Tanta poteſt ſi abigit: Tantaque, ſi arma capit.
O nimium dilecte Deo, Magne Arbiter Orbis:
Et Tibi Pax paret, & Tibi Bella ruunt.

AD SERENISSIMOS PRINCIPES
SABAVDOS,
Auguſtiſſimam
CAROLI EMANVELIS
CATHARINÆQ. AVSTRIACÆ
Prolem;
POLYDORVS RIPA.

EVge mihi; Quid enim cerno? Fauſtiſſima cerno
Ex PHOEBO, & PHOEBE, Signa in vtrumque polum.
MAVRITIVS rutilat Sacrato Murice. VICTOR
AMEDEVS Placido Sceptro. Vbicunque Syro,
Deq; Scytha Magnos FILIBERTO agitante Triumphos.
Dumque THOMAS Magno Magna petit Genio.
Scilicet, eſt Generoſa SABAVDA, eſt AVSTRIA Proles,
Percenſens Fauſto Lumine vtrumque polum.

CO.

CO· FRANCISCO PROVANAE
VIRO ILLVSTRISSIMO,
Magno Sabaudiæ Cancellario Excellentiſs.
POLYDORVS RIPA, S.

QVOD mihi nullum à te amoris, nullum ſtudij officium unquam defuerit, optimè feciſti Vir Ampliſſime; Ita enim liberale ingenium in dies Sereniſſimi CAROLI EMANVELIS obſequijs excitatius reddidiſti. Da quęſo interim & hoc beneficium. Opus hoc meum qualecumque eſt, tua erige comitate, authoritate ſuſtine, commendatione tandem Tanto Principi gratius ſiſte. Diù mihi viue, & Vale.

ILLVSTRISSIMI MATTHIÆ VERTEMAN
De Sinderſpil, Norimbergenſis,
Almæ Piſarum Academiæ Rectoris Generalis,
Carmen ferè Lucretianum ob ſubiectam materiam.

Ad Authorem.

ID quod Diuiduum eſt quoties Indiuiduare,
Eſt Legis Virtus, Munera ſunt Hominum.
Diuidere autem Indiuiduum, in parteſque ſecare,
Eſt ſupra Leges, Munera ſupra Hominum.
Hoc præſtat Polydorus, fidus, clarus, acutus
Interpres, Calamo, Voceq; & Ingenio.

AD LECTOREM,
Author.

PAuca ſcripſi, vt pauca legeres, Lector. Quæ ſi tibi probentur, benè eſt; Si diſpliceant, pauca ſunt. Ego certè maximum impendi ſtudium, vt dicerem ſtylo quodam ad ſuum finem, id eſt, ad forenſem vſum accommodato. Hoc verò vbi aliqua ex parte præſtiterim, me ſatis, ſuperq; feciſſe intelligas. Vale.

IN ZOILVM

Rode: Silex dura. Ingere: Spongia. Iam cape, perde:
Suſcipit EMANVEL. Zoile diſce pati.

Digitized by Google

COMPENDIARIVS INDEX

Eorum omnium, quæ in hoc opere continentur.

INDICEM LOCVPLETIOREM

In ipſius operis extremum reiecimus.

CONTEXTVALIVM ARGVMENTVM.

TExtus diuiditur; Notabilia colliguntur; Summaria ponitur textus ſententia; In dubium reuocatur; Stabilitur; Variè legitur; Noua textus lectio per alia cola, commata, & puncta, ab Authore affertur.

PROLOQVIORVM ARGVMENTA.

QVÆST. I.

Indiuidui vera ſtabilitur definitio; Diuidui, Indiuidui, & Indiuiſibilis ponitur differentia; Ex definitione Regulæ Cardinales colligun tur ad Indiuidui notionem.

QVÆST. II.

Diuidui, atque Indiuidui varia ex varijs recenſetur acceptio; Ea reprobatur modò, modò approbatur.

QVÆST. III.

Indiuidua Natura, Iuris diſpoſitione, & Hominis cautela, propriè inter ſe ſpecie differre, non etiam penes ſolos gradus, aduerſus alios. In contractibus materiæ diuiduæ, modò locum eſſe iuri accreſcendi, modò non eſſe; In materia verò indiuidua agendum omnino eſſe de iure non decreſcendi.

SECTIONVM ARGVMENTA.

SECT. I.

Cato noſter, an Vticenſis, an Cenſorinus, ſiue Salonianus, an princeps Portiæ familiæ. Plinij locus de Catone primo, reiecto Bologneto, ab Authore multis modis explicatus.

SECT. II.

Pænam ab Intereſſe differre modò, modò cum eodem conuenire. Stipulationem illam, Si quid aliter factum ſit, ad pænam in dubio referri. Pugnantia ideo iura multa conciliata, ſignatæ vtilitates.

SECT. III.

Pænam legalem poſſe incertam eſſe, conuentionalem nullo pacto. Quid autem attenta æquitate canonica,

quid

Digitized by Google

quid iterum in foro pœnitentiali. Pœnam nō in pecunia ſolùm, aliaue quantitate, verùm etiam in ſpecie certa poſſe conueniri, diuiduum licet factum in ſtipulationem deduceretur.

SECT. IV.

Stipulationes, quæ diuiduæ ſunt, aut indiuiduæ, eas nunquam diuiduas eſſe penes ſubſtantiam, ſed, vel penes operationes, vel penes multiplicationem. Quid differat qualitas perſonalis Correorum à qualitate reali Indiuiduitatis. Pactum inter principales ſtipulatores poſſe conſtituere obligationem Quantitatis indiuiduam apud plures hæredes, aduerſus Bartolum.

SECT. V.

Iter fieri, an factum ſit, an ſeruitus; An affirmatiuum ex perſona potius ſtipulatoris, quàm promiſſoris; An diuiduum, an indiuiduum; Quid ſi ad vehendam vindemiam. Imperſonalitas an ſtipulationem vitiet, ſiue verbo addatur obligatorio, ſiue executiuo adijciatur.

SECT. VI.

Seruitutes, & vrbanorum, & ruſticorum prædiorum, indiuiduas eſſe, tam reſpectu ſeruientis prædij, quam ratione dominantis. Sed, an quò ad inſtrumentum, & commoditatem? Quid de ſeruitute illa Ne luminibus officiatur, & de ſeruitute Oneris ferendi? Quid tandem de ſeruitutibus ruſticanis innominatis?

SECT. VII.

Vſus, & Habitatio, licet ſpacioſior, & amplior, cur indiuidua, Vſusfructus verò etiam tenuis, diuiduus tamen; Sed & Cautio fructuaria diuidua eſt, & quidem in omni capite.

SECT. VIII.

Amplius non agi, Amplius non peti, Rem ratam haberi, quatenus conueniant, quatenus item diſtent. Amplius non agi, an ad ſeruitutes referatur, an ad facta, an potius ad actiones. Num idem diuiduum ſit, etiam quo caſu agitur de facto indiuiduo. Quid de ſtipulatione illa Amplius non excipi. Quid tandem de Promiſſione de non offendendo, & de Promiſſione de defendendo.

SECT. IX.

Recepta, vulgataq; lectio §. Cato, ab Authore ex figura Appoſitionis ſuſtinetur; Inde variæ, ac multiplices Rhetorum figuræ, in noſtris etiam Iuribus obſeruantur.

SECT. X.

Verba illa: Neque per hæredem tuū: non adeſſe in noſtro textu; attamen

men ſubaudiri, eiuſdemq. poteſtatis eſſe, atque ſi forent expreſſa. Taxatiuam in perſona promiſſoris impedire ius repræſentationis in perſona hæredum, non verſa vice. Euclidis theorema: Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe: cum noſtri iuris axiomate conciliatum. Per te non fieri quominus mihi ire agere liceat, in diuiduum eſſe; Sed an perpetuò?

SECT. XI.

Promittens Titium ratum habiturum, an omni in caſu cautionem præſtare cogatur. An ad ſolam teneatur diligētiam; Quid in Rati ſtipulatione prætoria, quid in non prætoria; quid amplioribus verbis appoſitis. An tandem Titio peccante pro parte tantùm, promiſſor Rati in totam incidat pœnam.

SECT. XII.

An ſtipulatio, Titium, hæredemque eius ratum habiturū, inducat Rati ſtipulationem eo ipſo. Quid in aliis promiſſionibus, de reſoluendo, de donando, de locando, de conducendo, de vendendo. Quid tandem in promiſſione de Ratum habendo; Et quò ad effectum iuris, & quò ad effectum facti.

SECT. XIII.

Verba illa noſtri §. Cato: Et Paulus reſpondit non idem eſſe: deeſſe in Pandectis Florentinis; Et verò caſu alia illa verba: Sed videamus ne non idem hic ſit? legenda eſſe cum interrogatione, ex Authore. Amplius non agi, & Rem ratam haberi, vtramque ſtipulationem diuiduam eſſe, imò verò diuiſam quò ad hæredes, indiniduā autem ſeu indiuiſam quò ad promiſſorem.

SECT. XIV.

Stipulatio illa: Hæredesque ratum habituros an diuidua ſit, an indiuidua; Quid ſi de re, aut facto agatur indiuiduo; quid pœna adiecta, potiſſimùm indiuidua. Amplius, quid in Rato prætorio, quid in cōuentionali. Quid demum in Contractibus bonæ fidei, quid in Contractibus ſtricti iuris.

SECT. XV.

Ex pluribus ſtipulatoris hæredibus offenſus alter, an ſolus agat, & quidem ad totam pœnam, tum in cauſſa abſoluta, tum in cauſſa cōditionata. Pœna, ſi vnus in plures peccet, an multiplicetur; plura item ea de re, quod aiunt, remiſſiuè.

SECT XVI.

Marcellus I.C. an Paulo anteceſſerit, an potius eidem ſucceſſerit: difficultas tota, ex bino geminoque Labeone, Antiſtio ſcilicet Labeone, & Domitio Labeone, remouetur.

SE-

SECT. XVII.

Cato, Paulusve noſter, quid re vera ſibi velit in poſtremis textus noſtri verbis: Communis ſentẽtia aduerſus quoſpiam latè ſuſtinetur.

SECT. XVIII.

Fundum tradi, Fundum darî, Fundum reſtitui, an diuidua ſint, an indiuidua. Propoſitio illa: Venditio habet naturam indiuiſam: Cuius ſit ſenſus.

SECT. XIX.

Foßam fodi, & Foßam purgari, an differant, potiſſimùm verò penes diuiduitatem, & indiuiduitatem. Foſſam fodi, & Foſſam purgari, quænam, tum propriè, tum impropriè accepta vocis ſignificatione, comprehendant.

SECT. XX.

Inſulam propriè acceptam naſci, impropriè verò fieri, vel fabricari. Inſula impropriè ſumpta quid ſit tandem ex erudit iſſimo Alciato. Inſulam fieri, vel fabricari, an diuiduum ſit, an indiuiduum. Dari aliquid, aliquid fieri, quatenus conueniant.

SECT. XXI.

Opus fieri quid differat ab Operarum ſtipulatione. Operarum ſtipulatio an indiuidua ſit etiam contractu. Operæ præteritæ an indiuiduæ ſolutione, an potius diuiduæ. Operæ dum ſunt diurnum officium ex Paulo I.C. quiſnam ſit verus illorum verborum ſenſus.

SECT. XXII.

Aberrantia, vagantiaque Indiuidua pleraque, compoſita tandem, & ſedata, ſiſtuntur.

Compendiarij Indicis.

Digitized by Google

CATO TAVRINENSIS

POLYDORI RIPAE MEDIOLANENSIS I.C. PRIMARII IVRIS CIVILIS INTERPRETIS, ET SENATORIS.

Tractatus de Diuiduis, & Indiuiduis.

Scholæ ad forenſem vſum accommodatæ.

P R O OE M I V M.

DVm CATONEM publicè interpretor in Ampliſſima TAVRINENSI Academia, atque de illius editione cogito; Mihi ferè illud contigit, quod A. Gellio in ſuis Noctibus Atticis. Acceſſit quippè ad me vir in legalibus diſciplinis non vulgariter exercitatus; Adiutum, inquit, ornatumq; venio Catonem tuum: Simulq; pagellas mihi dat quaſdam pauculas. Accipio, lego. At verò, vbi video monſtra quædam, & portenta pro miraculis; dum nullas in ijs offendo examinatas quæſtiones, quæ à Catone, & Paulo in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligat. proponantur; ſtatim properans reddo accepta, nil ferè ad noſtrum Ca

Digitized by Google

tonem congruentia; atque cum Socrate tandem apud A.Gellium,

Aedibus in noſtris, quæ recta, aut praua, geruntur.

Cæterùm, vt ferè Liuius in principio, aut me amor ſuſcepti negotij fallit, aut nulla pars iuris ſubtilior, iucundior, vtilior, quam in tres potiſſimas iam diuido partes; In prima ago de puriſſimis Contextualibus; in ſecunda de Proloquijs ad vniuerſam Diuidui,& Indiuidui materiam; in tertia de ſingulis Diuiduis, & Indiuiduis, tum ex ſecto Catonis, & Pauli,quin & Vlpiani textu excitatis, tum de alijs errantibus,& vagantibus Indiuiduis,ſedatis tandem, & compoſitis.

CON-

CONTEXTVALIA PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 TEx. in §. Cato, diuiſio penes literam.
Eiuſdē diuiſio penes notabilia, n. 2
3 Tex. in §. Cato, ſummaria ſentētia.
Eiuſdem ratio decidendi in ſenſu abnegatiuo, num. 4.
Ratio decidendi in ſenſu poſitiuo, nu. 5.
6 Factum proprium promittens, ad factum tenetur, non ad curam.
7 Hæres quilibet in facto indiuiduo totum repræſentat defunctum.
8 Tex. in §. Cato, ratio dubitandi.
Dubitationis ſolutio, num. 9.
10 Tex. in §. Cato, ratio decidendi in facto diuiduo in ordine ad hæredes.
Alia ratio decidendi in ordine ad eoſdem, num. 11.
12 Text. in §. Cato, ratio decidendi in facto diuiduo, quoad principalem promiſſorem.
13 Antonij Contij lectio ad §. Cato.
Alia ex Authore, num. 14.
Alia ex Accurſio, num. 15.
Alia ex alijs, num. 16.
17 Tranſlata, atque plura tranſpoſita in iure noſtro.
18 Lelij Taurelli lectio ad §. Cato.
19 Parentheſis nulla in § Cato, nec etiam ex Florentina lectione.
Sed nec ex Præſide Fabro, nu. 20
Quod tandem nihil eſt, num. 21.

ARGVMENTVM.

¶ Textus diuiditur; Notanda colliguntur; ſummaria ponitur textus ſentētia; In dubiū reuocatur; Stabilitur; Variè legitur; Noua textus lectio per alia cola, commata, & puncta, ab Authore affertur.

PAVLVS lib. 12. ad Sabinum, de quo textus in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. penes vulgatam literam, & frequentiori voto, tā in foro, quàm in ſcholis receptam editionem.

1 *Verba Contextus, ſingulis † illius partibus indicatis.*

CATO libro quintodecimo ſcribit: Pœna certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter factū ſit: mortuo promiſſore, ſi ex pluribus hæredibus vnus contra quàm cautum ſit, fecerit: aut ab omnibus hæredibus pœnam committi pro portione hæreditaria, aut ab vno pro

portione ſua. Ab omnibus, ſi id factum, de quo cautum eſt, indiuiduum ſit, veluti ITER FIERI: Quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factũ videretur.
2.pars ¶ At ſi de eo cautũ ſit quod diuiſionem recipiat, veluti AMPLIVS NON AGI: tum eum hæredem, qui aduerſus ea fecit, pro portione ſua ſolùm pœnam committere.
3.pars ¶ Differentiæ hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videtur (quod niſi in ſolidum peccari nõ poterit) illam ſtipulationẽ PER TE NON FIERI QVOMINVS MIHI IRE, AGERE LICEAT?
4.pars ¶ Sed videamus ne non idem hic ſit, ſed magis idẽ quod in illa ſtipulatione TITIVM, HAEREDEMQ. EIVS RATVM HABITVRVM?
5.pars ¶ Et Paulus reſpondit non idem eſſe.
6.pars ¶ Nam hac ſtipulatione, & ſolus tenebitur, qui non habuerit ratum: & ſolus aget à quo fuerit petitũ; Idq; & Marcello videtur: quamuis ipſe dominus pro parte ratũ habere non poteſt. Hæc textus.

Diuiſio textus.

2 *Diuido ego hunc textum in † ſex partes.*

IN prima ſcribitur quòd pœna appoſita facto indiuiduo, vt *Iter fieri*, indiuidua eſt.

In ſecunda quòd pœna appoſita facto diuiduo, quale eſt illud *Amplius non agi*, diuidua eſt.

In tertia ponit I.C. differentiam, & reaſſumit factũ illud, *Iter fieri*, per alia verba ſcilicet, *Per te non fieri, quominus mihi ire, agere liceat.* Eadem enim eſt ſtipulatio, ſaltẽ connexiuè, comprehenſiuè, & conſecutiuè, Iter fieri, & Per te non fieri &c. qua de re, & latè, & vtiliter inferius ſuo loco in ſectione, Veluti iter fieri.

In quarta dubitat I. C. de illo facto: *Per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat;* An potius conueniat cum illo facto: *Titium, hæredemq; eius ratum habiturum.*

In quinta ſoluit, & dicit quòd differunt: *Per te non fieri quominus &c.* Et *Titium, hæredemq; eius ratum habiturum.*

In ſexta reddit rationem, quia: *Per te non fieri*, eſt ſimpliciter indiuiduum; *Titium verò, hæredemq; eius ratum habiturum*, eſt reſpectu hæredum diuiduum, imo diuiſum.

Summaria recepti textus ſententia cum rationibus dubitandi, decidendi, contrariorumq; ſolutione.

3 POena † adiecta, ſiue facto diuiduo, ſiue indiuiduo, ſem-

ſemper aduerſus peccantem
promiſſoré committitur in ſo-
lidum,aduerſus verò illius hę-
redes, modò cōtra omnes pro
hæreditaria portione, ſi ſimus
in facto indiuiduo, modo pro
parte peccantis tantùm,& cō-
trafacientis, ſi ſimus in facto
diuiduo.
Ratio autem decidendi du
4 plex eſt. Alia in ſenſu † abnu-
tiuo, vt vtar verbis *textus. in l.*
Inter ſtipulantem in principio ff. de
verb. oblig. ſeu abnegatiuo, vt
ibidem gloſſat *Accurſ. in ver-*
bo, Abnutiuum; qui quidem te-
xtus loquitur in puncto ſtipu-
lationis indiuiduæ *Iter fieri*,
Per te non fieri, de qua in tex-
tu noſtro. Alia ratio deciden-
5 di eſt in ſenſu † poſitiuo, quia
cum ſtipulatio ad factum indi
uiduum, etiam negatiuū, duo
dicat; Quid negatiuum, ſcili-
cet promitto per me, hære-
desq; meos non fieri &c. Quid
poſitiuum, Promitto me, hære
desq́; meos curaturos, vt do-
lus malus abſit. *l. Inter ſtipulan-*
tem, in fine prin. ff. de verb. oblig.
l. In illa ſtipulatione. ff. eod. Vel
etiam, Me, hæredesq; meos
curaturos, vt facere poſſis. *l.*
Cum filius familias. §. *In hac ſti-*
pulatione, & l. In illa ſtipulatone,
Per te non fieri. ff. eod. de verb.
oblig. Dum hæredes non om-
nes in promiſſione abnegati-
ua aduerſantur patri, pater

niſq; promiſſis, niſi ex parte
rei, quia res indiuidua eſt, nec
poteſt peccari ab vno, quin in
totum offendatur ſtipulator;
Attamen poſitiuè aduerſan-
tur omnes, dum vnus peccat,
eo in ſenſu, quòd non curant
vt Per te ire agere liceat. Et ſi
dixeris nonne qui promiſit ſe
curaturum &c. ſatisfacit dum
curat? Dicimus, quòd in ordi-
ne ad hæredes nō ſatis fit, quia
qui promittit ſe curaturum fa
6 ctum † propriū, tenetur ad fa-
ctū nō ad curam; Cura .n. ipſa
conſiſtit in facto, dum, curare
quis promittit factū propriū.
omnes aūt, & ſinguli hæredes
7 ſunt hoc caſu † repræſenta-
tiuè defunctus teſtator, vel pa
ter, quia factum indiuiduū eſt.
Nec inde aliqua cōtingit ini-
quitas quæ poterat videri ra-
8 tio † dubitādi; cum ij, qui ſti-
pulationi obtemperant, à co-
hæredibus contumacibus re-
petant; ideoq́; alterius pecca-
tum cęteris tandem damnoſū
9 † non eſt *l. hæredes.* §. *In illa, in*
fin. ff. fam. erciſc. l. 2. § *ex his,*
verſ. Sed quo caſu, & §. *Item ſi*
in facto in princ. ff. de verb. oblig.
& l. In executione, in fin. prin. ff.
eod. de verb. oblig. Hinc clariſ-
ſimè apparet etiā ratio deci-
10 dendi, cur in facto † diuiduo
quiſpiā ex hæredibus pro por
tione tantū ſua peccantis cō-
mittatur pœna, quia ſcilicet in
ſen-

ſenſu abnegatiuo quod in partes diuidi poteſt, in id pro parte etiam peccari poteſt. Et in ſenſu poſitiuo, quia in materia diuidua hęredes repræſentant defunctũ ipſum diuiduo modo. *l. pro hæreditarijs. C. de hæred. act. l. pen. §. de illo ff. de condit. & demonſtr. l. ea quæ in nominibus.* C. fam. erciſc *l. ſi fundum ſub conditione §. ſi libertus ff. de leg. 1. l. Mænius. § eum qui ab vno. ff. de leg. 2. l. cũ à matre. C. de rei vind.* in materia verò indiuid. repſentãt defunctũ modo indiuiduo *l. Cũ quaſi. § ſi pluries ff. de fideic. liber. Bart. ĩ l. Cõtinuus §. præterea ſciendũ, n. 10. ff. de ver. oblig.* & quia ſequeretur abſurdũ maximũ ſi in ſtipulationib' diuiduis, diuiduisq; obligationibus pro peccato partis tota committeretur pœna, vt
11 † ſcilicet facillimè promiſſis mille à teſtatore ſi quid aliter factum ſit, quatuor hæredes tenerẽtur ad præſtationẽ quatuor millium contra *textũ in l. Si pluribus, in prin. ff. de leg. 2.*

Ratio verò decidendi in
12 † principali promiſſore eſt, quia etiam factum aliàs diuiduum indiuiduum eſt. *l. Tutor. §. Lucius Titius ff. de vſur. l. Iulianus. §. offerri ff. de action. empt. l. qui pignori. ff. de pign. Gloſſ. in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet.*

Varia contextus lectio.

IAm verò quæ diximus, ea ſunt retenta quę numquam facilè reijcienda eſt, vulgata editione. Cæterũ nõ defuerũt qui aliter legendum nonnullis in locis fuerunt opinati. Atq;

Antonius Cõtius hoc loco
13 contendit † delenda eſſe illa verba: & Paulus reſpondit nõ idem eſſe; & certè dum Florentiæ Pandectarum Archetypum illum non attingerẽ modò, verùm etiam ob maximam Sereniſſimi illius benignitatẽ, & clariſſimi Equitis Vincentij Giugnij beneficium plenè ex animi ſententia examinarem, inter pleraq; alia illud etiam, & animaduerti, & obſeruaui clauſulam illam: *& Paulus reſpondit non idem eſſe;* illic non adeſſe; niſi velis clauſulam illam ibi deeſſe potius, & deſiderari, quàm non adeſſe. Nẽpè quia eiuſmodi lectura, ꝙ aiunt, niſi clauſulam illam, & Paulus reſpondit nõ idẽ eſſe, vel adijcias, vel ſubaudias, falſa videatur, ſiquidem ea ratione ſupponerent Pandectæ Florentinæ id, quod etiã manifeſtè affirmat Contius, ſcilicet ſtipulationem illam: PER te non fieri; quominus mihi ire, agere liceat; eandem eſſe cum illa ſtipulatione: TITIVM,

hæ-

hęredemq́. eius ratū habiturū. Cùm tamen prior ſtipulatio ſimpliciter indiuidua ſit, poſterior verò ſaltem quò ad hæredes diuidua, immo diuiſa. Qđ tamen ſi reijcere libeat cū Pādectis Florentinis clauſulam illam, & Paulus reſpondit &c. mecum nouiſſimè interroges, diſſeces textū, eundemq. ſtabilias ꝑ alia cola, commata, ac puncta. Habebis enim adhuc, vt opinamur, & verum, & clarū textus huius intellectum. Vide verò inferius in ſectione Et Paulus reſpondit &c.

14 Vbi ego ita † lego.

Cato libro quintodecimo ſcribit: Pœna certa pecunia promiſſa, ſi quid aliter factum ſit: mortuo promiſſore, ſi ex pluribus hæredibus vnus contrà quàm cautum ſit fecerit: aut ab omnibus hæredibus pœnam committi pro portione hæreditaria, aut ab vno pro portione ſua. Ab omnibus, ſi id factum, de quo cautum eſt, indiuiduum ſit, velut Iter fieri: quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videretur. At ſi de eo cautum ſit, quod diuiſionē recipiat, veluti Amplius non agi: tum eum hæredem, qui aduerſus ea fecit, pro portione ſua ſolum pœnā committere. differentia hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videntur, quod niſi in ſolidum peccari non poterat, illam ſtipulationem Per te non fieri quominus mihi ire agere liceat? Sed videamus ne non idem hic ſit? Sed magis idem, quod in illa ſtipulatione, Titium hæredemq; eius ratum habiturum. Nam hac ſtipulatione, & ſolus tenebitur qui non habuerit ratum: & ſolus aget à quo fuerit petitum; idque & Marcello videtur; quamuis ipſe dominus pro parte ratum habere non poteſt.

Hæc textus ex mea lectione. Declarationē verò videas per te in eadem ſectione *Et Paulus reſpondit*.

Cōmata verò, cola, puncta, notas interrogationis, non importunè opportuna conſtituimus nos tandē Pandectis Florentinis, dum à vulgata diſtāt editione, cùm in Pandectis ijs nec colum reperiatur, nec coma, nec interpunctio, nec interrogatio, quod & feliciori atramento, illuſtriorique calamo ꝓfiteri videtur D. Hieronymus dum præfatur in Ezechielem. Ait enim, Legite igitur, & hunc iuxta tranſlationē noſtrā: quoniā per cola ſcriptus, & commata, manifeſtiorē legentibus ſenſum tribuit.

15 Accurſius hoc † loco in verbo: Non idem eſſe; dixit aliàs deeſſe, Non, ideoq́. legit: Et Paulus reſpondit idem eſſe. Sed certè nimia correctio eſt à negatiua ad affirmatiuam. Et prȩterea verò obſtat adhuc ſu-

Digitized by Google

ſuperior difficultas aduerſus, & Contium, & Pandectas Florentinas: hoc namq. pacto binæ illæ recitatæ ſtipulationes eædem eſſent, quod omnino falſum eſſe docuimus.

16 Dicunt alij † tranſlatam eſſe, atque tranſpoſitam clauſulam illam: *ILLAM ſtipulationem per te non fieri, quominus mi hi ire, agere liceat?* Legendum autem ſic fore: *Differentia hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videntur, quod niſi inſolidum peccari non poterit. Sed videamus illam ſtipulationem Per te non fieri, quominus mihi ire, agere liceat? ne nõ idem hic ſit.*

Verùm hæc obſeruatio hùc non pertinet, vbi in Florentino fonte, dulces, puræ, & perſpicuæ ſunt aquæ, quicquid ſit in alijs Pandectarum locis; multa enim adeſſe in Pande-

17 ctis inuerſo † verborum ordine à librarijs conſcripta, nec dũ reſtituta, animaduertit *Cuiac. lib. 1. obſer. Iur. cap. 38. ex pendens ad hoc tex. in l. filius qui patri. ff. de bon. libert. in l. fin. ff. de ſolu. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi priuat. quod vitium irrepſiſſe etiam in notanda à librario l. In quartã ff. ad l. Falcid. ſuppoſuit Duaren. li. 2. diſp. anniuerſ. cap. 10. ad fin. & clarè voluit D. meus Alex. Raud. ad dictam. l. In quartã, quam poſuit poſt deciſiones Piſanas, in parte prima.*

Clauſula verò illa parẽtheſi

18 † ſignata dum his concipitur verbis à *Lelio Taurello* viro ſuæ tempeſtatis doctiſsimo: *Quod niſi in ſolidum peccari nõ poterat*; ſecutus eſt vir ille Lugdunenſem literam, namq. Florentina habet, *poterit*. Quod quidem minimum eſt; commonui tamen, vt ſciant omnes, etiam oculatiſſimis viris, qualis fuit Taurellus in frequenti lectione Pandectarum illarum, aliquid excidere. Scito tamen in

19 meo Codice nullam † Parentheſin, ſed nec in Florentina lectione (eſt certè verò in vulgata) ſed nec eam concedit, immo verò reijcit clariſſimus

20 Præſes † *Antonius Faber Sabaudus li. 3. coniect. Iur. c. 7.* Hoc verò non eſt eius ponderis, aut momenti, vt vulgatum inuertat ſenſum; quicquid. n. velis, quicquid probes, aut fluẽtem ſine Parentheſi orationem, aut eandẽ iniecta Parẽtheſi clau-

21 dicantem, idem certè † prorſus ſenſus, eadem omnino ſententia.

Ex his omnino ſpero textũ illum ſatis clarum, & manifeſtum, quem omnium iudicio magnam continere difficultatem teſtatus fuit *Crottus hic* in principio; re verò, & fama tenebroſum eſſe, & difficillimũ, & propter litteræ ſcrupuloſitatem, & propter materiæ implicitatem omniũ conteſtatis

vo-

votis ſcripſit *Soc.ium. hic in prin. & ibid. Hormanoſt. Det. & alij omnes.*

Explicata verò textus litera non infeliciter vt opinamur, adduntur nobis, & maximè, animi, fore, vt diligentiſſima, & accuratiſſima methodo materiæ huius nodos non excidamus ſed ſoluamus, hoſce labyrintos non perfodiamus ſed retegamus, haſce difficultates nõ intricemus magis adhuc, ſed tandem extricemus.

Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

PROLOQVIA.

Quæ Prologomena, ſeu Præmiſſa appellant.

PARS SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *INdiuiduum definitur.*
Reijcitur definitio, num. 2.
3 *Indiuiduum non eſt qualitas, ſed quale.*
4 *Indiuiduum non recipit diuiſionem.*
Vel potius diuiduitatem, num. 5.
6 *Indiuiduum nunquam recipit diuiduitatem, ſæpius tamen diuiſionem de facto.*
7 *Indiuiſibile, & congruam, & incongruam partitionem excludit.*
8 *Indiuiduum quid ſit ex Authore.*
9 *Indiuiduum quid differat à diuiduo, quid ab indiuiſibili.*
10 *Indiuidui diuiſio in iure ciuili appellatur corruptio.*
In iure Canonico occiſio, num. 11.
12 *Indiuidui notio penes primam regulam.*
Penes ſecundam, num. 13.
Penes tertiam, num. 14.
Penes quartam, num. 15.

ARGVMENTVM.

¶ Indiuidui vera ſtabilitur definitio; Diuidui, Indiuidui, & Indiuiſibilis ponitur differentia; Ex definitione Regulæ cardinales colliguntur ad Indiuidui notionem.

QVÆSTIO I.

Quid ſit Indiuiduum.

MISSAS facio definitiones illas, quę per factum traduntur, & per actum, quæ vtinam perfectæ eſſent, ſuſtinerētur etenim non ſolùm apud plerumq; pro definitione deſcribentes Iureconſultos, ſed etiam apud ſuperſtitioſè definientes Philoſophos. Accedat verò illa defini-

Digitized by Google

initio, in qua proximæ tempeſtatis interpretes quidam nõ in celebres certè conquieſcere, & requieſcere videntur. Porrò ea eſt definitio.

INDIVIDVVM eſt † qualitas, quę partitionem excludit. Verùm in hac definitione† falſum eſt genus, non ſufficiens differentia.

Falſum eſt genus, quia Indiuiduum non eſt qualitas; quis enim in naturalibus dixerit hominem, qui Indiuiduũ eſt, qualitatem eſſe? quis in iure noſtro ITER fieri, & alia, de quibus in noſtro textu, eſſe qualitates? Quis item FVNDVM tradi, foſſam fodi, inſulam fabricari, & alia huiuſmodi, de quibus *tex. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. eod. de verb. oblig.* non ſecus ac ſi dixeris paries albus eſt qualitas. Atq. *Porphyrius in Prædicabilibus ca. 3. de ſpecie ad finem* nõ dicit Indiuidua eſſe proprietatem, ſed Indiuidua ideo dici, quoniam ex proprietatibus cõſtit vnumquodq. eorum &c. Et qualitas eſt ſic, quo aliquid partitionem excludit, non autẽ quod. Non igitur Indiuiduum qualitas eſt, ſed † quale *l. ſtipulationum quadam, & l. Vbi autem nõ apparet infr. tit. n.* vel etiam Indiuiduum eſt quid cũ qualitate, quæ qualitas appellatur Indiuiduitas; vel melius quia Indiuiduũ ſimpliciter dicit negationẽ diuiſionis, dicere poſſumus quòd Indiuiduum eſt quid nõ recipiens qualitatem, quę qualitas licet frequentius in iure

4 noſtro appelletur † diuiſio. *l. 2. §. ex his igitur ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. eod. l. ſi is qui quadringenta §. quædam legata diuiſionem. ff. ad l. Falcid.* eleganter tamen magis, magiſq. propriè dicitur †

5 Diuiduitas d. §. *quædam legata*, in illis verbis: Hæc itaq. legata quæ diuiduitatem nõ recipiũt. Quia verè apud me, ſed & apud quemlibet rectè ſentiẽtem, Indiuiduum ſæpius recipit diuiſionem, nunquam tamẽ recipit

6 † diuiduitatem, cùm diuiſio ad ſolam pertineat partitionẽ de facto, diuiduitas verò partitionis includat cõgruitatẽ, hoc eſt vt inferius explicabimus partitionem ſalua ſubſtantia.

Inſufficiens præterea eſt differentia, quia dũ dicimus quòd Indiuiduum partitionẽ excludit, nonne idem contingit Indiuiſibili? nam & Indiuiſibile partitionem excludit; imo potentiùs, quàm Indiuiduum, cùm Indiuiduũ excludat partitionẽ congruam, & ſalua ſubſtantia tantùm, non autem partitionẽ

7 incongruam facti; at verò † Indiuiſibile, & congruam, & incõgruã reſpuit partitionẽ. Cùm ergo differentia eiuſmodi non contrahat definitionem ad terminos ſoli' definiti, ſed adhuc ea latius vagetur, definitũq. ex-

cedat, cùm conueniat alij à re definita certè definitio non cõuertitur cum ſuo definito, inepta igitur,& vitioſa. *l.* 1. §. 1. *ff. de dol.* eſt amplius falſum, quòd indiuiduum excludat ſimpliciter partitionem; cùm imò ſtipulatio ad indiuiduum recipiat aliquãdo diuiſionem, quamuis per diuiſionem corrumpatur, *l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. ff. verb. obl.* ſtipulationes, inquit tex., nõ diuiduntur earum rerum, quæ diuiſionem nõ recipiunt: veluti viæ, itineris, actus, aquæductus, cęterarumq. ſeruitutũ. Idem puto, & ſi quis faciendũ aliquid ſtipulatus ſit: vt puta fundum tradi, vel foſsã fodi, vel inſulam fabricari. Horum enim diuiſio corrumpit ſtipulationem.

Ego igitur ſic Indiuiduum definio:

8 INDIVIDVVM eſt Quod † congruam partitionẽ excludit.

Dum enim dico Quod, dico quale, non qualitatem.

Dum etiam dico, quòd Indiuiduum excludit partitionem, illud oppono in vim contradiſtinctæ ſpeciei ipſi diuiduo.

Dum tandẽ adijcio illud verbum, illamve dictionem: Congruam: tunc perficio definitio-
9 nẽ; quia † Indiuiſibile excludit omnẽ omnino diuiſionẽ, & cõgruam, & incongruam; Diuiduum recipit diuiſionẽ, & quidem congruam. Indiuiduũ verò, vt paullo ſuperius cõmonuimus recipit quidem diuiſionẽ, & ſic diſtat ab Indiuiſibili, non tamẽ congruã, quia & ipſum Indiuiduũ & illi appoſita ſtipulatio corrumpitur *l. Stipulationes non diuiduntur in princ. ff. de verb. oblig. l. rerũ mixtura. ff. de vſucap. c. afferte, de præſumpt. Bald. in l. Si plures. col. 2. C. de condit. inſert. Iaſ. in l. Stipulationes non diuiduntur, in princ. ff. de verb. oblig.* ideoque oppoſitè diſtat à Diuiduo. Et equidẽ nimis clarè probãt quę de Indiuidui definitione propoſuimus duo iura, ſcilicet *tex. in d. l. Stipulationes non diuiduntur, in princ. ff. tit. noſtro,* vt qđ appellatur Indiuiduum, illius tãdem
10 diuiſio dicatur † corruptio; & hoc eſt quod à *textu in l. Non amplius legatorum. § fin. ff de leg.* 1. dicitur, quòd Indiuiduũ eſt, quia ſine damno diuiſio illius fieri non poteſt, *tex. in d. cap. afferte, de præſumpt.* Infans. n. ille controuerſus apud binas meretrices coram Sapientiſſimo Rege Salomone, quem & Rex ſapienter tentans, & Meretrix ſuum ementita, diuidendum conſtituunt; eundem infantem & infantis mater ſupplex, & Rex iudicans, non occidendũ conueniũt. Vides verò ibi infantis di-
11 uiſionem eſſe eiuſdem † occiſionem, & interitum. Hoc Indiuiduum natura alio termino, vt aiunt, à I.C. Pomponio, Naturaliter Indiuiſum appellatur

in

in *l.Non amplius.* § *fin.ff.de leg.*1.

Ex hac definitione effluunt tres illæ Cardinales regulæ ad Indiuidui notionē, de qb⁹ *Bart. in l. Stipulationes nō diuiduntur, nu. 25.ff.de verb.oblig. Imol. nu.7. Burſat.conſ.176. quamquā, vbi de communi, num. 30. & 31. lib.2. Odd. de reſtit.in integr.q.46.art.6.n.25. Alex. conſ.186. viſis ſubtiliſſimis, num.11.lib.2. Angel. conſ.326. Ex themate, nu.4.* Natta *conſ 479. Difficilis, nu.23. verſ. Indiuiduum autem, Crauet. conſ.239. Ex verbis, nu.6. verſ. Item illud. D. meus Raud. qui dicit hanc eſſe communem theoricam deciſ.12. Anno, nu.81. Pappon. conſ.27. Factū, nu.9.* quarum

Prima regula † eſt, ꝙ quæ diuiſionem non recipiūt, vel quæ diuiſa corrumpuntur, vel quæ ſine damno diuidi nō poſſunt, ea indiuidua ſunt, *l. Stipulationes non diuiduntur, in princ ff. de verb.oblig. l.*Non *amplius.* § *fin.ff. de leg.*1.

Secunda regula, quòd † quoties pars non affert tantam vtilitatem in parte, quantam totum in toto, illud dicitur indiuiduum, *tex.in l. In executione.* §. *ſecunda ſpecies.ff.de verb.oblig.*

Tertia regula, ſi eſt deuenire ad † incōueniens vt partes ſint ex diuerſis totis, illud dicitur indiuiduum, *l. In executione.ff.de verb. oblig. Rota Genuenſ. deciſ. 156. Cum Paulus, num.*13.

Quas regulas dum damnat damnatus *Pariſ.* apud me tamē correctus, *par.2.nu.261.pag.171.* fatetur tamē ab omnibus plaudi. Sed & verę, & certę, & demōſtratæ, nedum demonſtrabiles, ex noſtri iuris pœnu, ſunt.

Quarta addi poteſt regula; de qua *Natta in conſ.* 479. *Difficilis occurrit, nu.23. verſ. & vbi aliquis, ſcilicet* † quoties quis co-
15 geretur inuitus incidere in cōmunionē, tūc .n. Indiuiduū eſt, *gloſ. in l. fundus ille ff.de contrah. empt. latè Natta loco cit.* de quo tamen inferius ſuo loco.

SVMMARIVM.

1 *INdiuiduum eſt duplex ex Bartolo.*
*Reijcitur hæc diuiſio, num.*2.
3 *Quantitas, & quantitatis ſtipulatio diuidua eſt ſecundum naturam.*
4 *Quantitas liquida, reſpectu principalis debitoris indiuidua eſt.*
Fallit primò fauore libertatis, num 5
*Fallit ſecundò in conferendis tributis, num.*6.
7 *Quantitatis præſtatio quò ad hæredes diuidua eſt, imò actu diuiſa.*
*Niſi aliud expreſſè caueatur, num.*8.
9 *Obligatio ſiue contineat dandum diuiduum, ſiue diuiduum factum, ſi pœna adijciatur, an indiuidua efficiatur.*
10 *Fundum dari diuiduum eſt quò ad omnia.*
11 *Fundum tradi an diuiduum ſit.*
12 *Text.in l.2.§.1. ff.de verb.obl.declaratur.*
13 *Text.in l.In executione. §. pro parte. ff.de verb. oblig. declaratur.*
14 *Text.in l. Si non ſortem. §. Si decem ff.de condict.indeb.declaratur.*
15 *Pœna adiecta dando, vel facto diui-*

duo

duo, an, & quando committatur in-
ſolidum.
16 *Pœna in contractibus, & committi-
tur, & exigitur inſolidum.*
17 *Pœna in iudicijs quando inſolidũ com
mittatur.*
18 *Text. in l. nõ amplius, in fine. ff. de leg.
1. declaratur aduerſus Bartolum.*
19 *Damnum aliud eſt poſſibile.*
*Et hoc conſtituit Indiuiduum iuris
diſpoſitione, num. 20.*
21 *Damnum aliud eſt probabile.*
*Et hoc conſtituit Indiuiduum homi-
nis cautela num. 22.*
23 *Indiuiduum eſt triplex ex Iaſone, &
Ripa reijcitur hac diuiſio, num. 24.*
25 *Mixtum nec excedit, nec exceditur à
ſuis ſimplicibus.*
26 *Priuilegium ad legitimandos ſpurios,
amplius & inceſtuoſos, quos caſus
comprehendat.*
27 *Indiuiduum mixtũ non datur ex Au-
thore.*
28 *Indiuiduum natura non poteſt propriè
dici Indiuiduum legis diſpoſitione.*
29 *Lex non poteſt ſupra naturam.*
30 *Indiuiduũ eſt quadruplex ex Bartolo.*
Reuocatur in dubiũ hac diuiſio, n. 31.
32 *Indiuiduum acceſſione eſt potius inſe-
parabile.*
33 *Indiuiduorum ſpecies ducentas recen-
ſet Aeguinarius Baro.*
*Quæ tamẽ magis ſunt Indiuiduorum
modi, num. 34.*
Vel exempla, num. 35.
36 *Indiuiduorum tres ſunt ſpecies.*
37 *Indiuiduum natura quid ſit.*
38 *Indiuiduum iuris diſpoſitione, quod.*
39 *Stipulatio hominis in genere, quomo-
do diuidua.*
40 *Quantitatis ſtipulatio quomodo indi-
uidua.*
*Sed potius aliquãdo indiuiſa ex alijs,
num. 41.*
*Imò verius indiuidua ex Authore,
num. 42.*
43 *Quantitatis ſtipulatio quomodo diui-
dua, imò diuiſa.*
44 *Minorum fundus communis indiui-
duus eſt.*
45 *Minores non prouocant ad diuiſionẽ.*
46 *Feudum habens dignitatem annexã,
an ſit diuiduum.*
*Quid ante Friderichi conſtitutionẽ,
num. 47.*
Quid in dignitate regali, num. 48.
49 *Feudum habens dignitatem annexam
hodie eſt indiuiduum iure.*
50 *Feuda inferiora hodie ſunt diuidua,
& natura, & iure.*
51 *Canonis præſtatio quomodo diuidua.*
Quomodo indiuidua, num. 52.
Quid in ordine ad liberationẽ, nu. 53
54 *Emphyteutæ plures noui, ſunt plures
per modum plurium.*
Canonis ideo præſtatio diuidua, n. 55
56 *Vectigalis ager diuiduus eſt.*
*Et venit in iudicium communi diui-
dundo, ac familiæ erciſcundæ, n. 57*
*Nec tamen per adiudicationem, ad-
uerſus Bartolum, num. 58.*
Sed per realem diuiſionem, num. 59.
Etiam ſine domini conſenſu, num. 60.
61 *Vectigalis ager non poteſt totus vni ex
diuidentibus adiudicari.*
*Niſi aliud ſuadeat Ius accreſcendi,
num. 62.*
Vel Inueſtitura placita, num. 63.
64 *Text. in l. communi diuidundo 7. in
princ. ff. cõm. diuidundo declaratur.*
65 *Vectigalis ager diuiſus indiuiduã con-
tinet præſtationem.*
66 *Vectigalis ager diuiſus, perſeuerat per
modum vnius, non per modum plu-
rium.*
67 *Fundus diuiſus gratia commodioris
cultura, eſt per modum vnius.*
68 *Indiuiduum hominis cautela quid ſit.*
69 *Indiuiduum ſit ex hominis voluntate,
etiam coniecturata.*

Digitized by Google

Indiuiduum quare triplex.
Indiuidui diuiſio ex Bart. & Ripa.
Indiuiduum quò ad contractum, & ſtipulationem quid ſit.
Indiuiduum quò ad obligationem, & ſolutionem quod.
Indiuiduum quò ad ſolutionem, & liberationem quod.
Indiuiduum deſcendendo, ſemper indiuiduum eſt.
Negatiua omnia negat.
Affirmatiua non affirmat omnia.
Text. in l. In executione. §. in ſolidū ff. de verb. oblig declaratur.
Indiuiduum obligatione eſt etiam indiuiduum præſtatione.
Euictio habet duas obligationes ſeparatas.

ARGVMENTVM.

Diuidui, atque Indiuidui varia ex varijs recēſetur acceptio; Ea reprobatur modò, modò approbatur.

QVESTIO II.

Quotuplex ſit Indiuiduum.

BArtolus in l. *ſtipulationes non diuiduntur, in principio, nu.* 18. *ff. de verb. oblig.* dicit, quod indiuiduum eſt † duplex, ſecundū naturam, & ſecundum iuris diſpoſitionem; adducit ad hoc textum in *l. non amplius, in fin. ff. de leg.* 1.

Hæc diuiſio † deficit; eſt etenim, & Indiuiduū ex hominis prouiſione, vel placito, quod tamen, & diuiduum erit ſecundū
naturam, & ſecundum iuris diſpoſitionem. Quemadmodum
ſi inter contrahentes pactum
conueniatur, vt quæ quantitas debetur, nullo pacto pro
parte poſſit exſolui, nec etiam
per hæredes. Eſt etenim quan-
3 titas, eiusq́. ſtipulatio † diui-
dua ſecundum naturam. *l. In exe
cutione obligationis ff. de verb. obl.
l. 2. §. 1 ff. eod.* Iuris autem diſpo-
ſitione, ſi quod agitur liquidū
ſit, reſpectu principalis debito-
4 ris ſtipulatio † regulariter in-
diuidua eſt, nec enim pōt qui
totum debet, partē ſoluere no-
lente creditore. *l. Tutor. §. Lucius
Titius. ff. de vſur. gloſſ. in l. quidam
exiſtimauerunt ff. ſi cert. pet. text.
adhuc in l. Iulianus §. offerri ff.
de action. empt. & in l. qui pignori
ff. de pignor.* Dixi verò regulari-
5 ter, qa fauore libertatis † aliud
eſt; puta ſi quis ſeruus iuſſus eſt
dare decem hæredi ad liberta-
tem conſequendam, poterit ſta
tu liber decē illa dare interpo-
ſitis, & interpolatis vicibus, at-
que præſtationibus variatis, hæ
resq́. meritò cogendus erit ſic
accipere. *l. Cùm hæres §. itē ſi de-
cem ff de ſtat. liber.* Idem prorſus
in cōferēdis † patrimoniali, ſeu
6 rationali tributis, quia annua
præſtatio illi etiā inuito à colla
toribus, tribus tamen, non pau-
cioribus vicibus, fieri poteſt, nō
quidem odio tributorum, ſed
fauore grauati. *l. placuit. C. de
collat. fund. patrim. lib. 11. gloſſ. in
d. l.*

d. l. quidã exiſtimauerũt,in uer. ad
accipiendum ff ſi cert.pet. At verò
quò ad hæredes prẹſtatio quan
titatis, niſi aliud conueniatur
pacto expreſsè concepto, diui-
7 dua † eſt, imo actu diuiſa, *l. In*
executione,in princ.ff.de verb. obl.
ibi: Nam interdum eſt aliquid,
quod à ſingulis hæredibus di-
uiſum conſequi poſſumus,& ea
ſpecies pertinet ad promiſſio-
nem pecuniæ certæ, nam peti-
tio,& ſolutio ad portiones hæ-
reditarias ſpectat. Addo *gloſſ.*
in l.2.§.1.in uer.præſtationẽ ff.eod.
textum ubi notatur in l.1.C.de reb.
credit. in l. Cum à metre. C. de rei
uind. Addo etiã Pariſ.ad hanc ma-
teriam in 2.2.num.205. in fin.pag.
151. apud me correctum,Ripam in
hoc §.Catonum. 4. & num.13. qui
dicit hoc caſu ceſſare binas re-
gulas conſtituentes obligatio-
nẽ indiuiduam, quas ibi vide.
Dixi verò, Niſi aliud cõuenia-
tur pacto expreſsè concepto;
Cauendum eſt etenim ab ijs,de
quibus *Pariſ.par.3.nu.483. pag.*
8 477.qui † voluerunt per pœnæ
adiectionem, obligationẽ aliàs
diuiduam effici indiuiduã,ſunt
enim apud me iura ex quibus
9 habeo,quòd† ſiue obligatio cõ
tineat dandum diuiduum, ſiue
factum diuiduũ, pœnaq́. vtroq́.
caſu obligationi,& ſtipulationi
adijciatur, non ideo obligatio
efficitur indiuidua, ſed niſi to-
tum præſtetur,pœna inſolidum
committitur.Aliud autem pro-
fectò eſt, quòd obligatio per
pœnam efficiatur indiuidua, a-
liud quòd niſi totum prẹſtetur,
inſolidum pœna committatur;
Hìc verò ratione pœnæ adie-
ctę ſtipulationi cõtinenti dan-
dum diuiduum expendo *tex. in*
l.ſtipulationũ.§ ſi ſortem.ff.de uerb.
oblig. ſi ſortem promiſeris, in-
quit textus,& ſi ea ſoluta nõ eſ-
ſet,pœnam: vnus ex hæredibus
tuis portionẽ ſuam ex ſorte ſol
uerit,nihilominus pœnam com
mittet,donec portio cohẹredis
ſoluatur. Atq́. ratione pœnæ ap
poſitæ ſtipulationi continenti
factum diuiduum eſt *textus in l.*
In executione.§.Itẽ ſi ita ff.de ver.
oblig. vbi ideo ſcire omnino de-
bes, quòd *Fundum dari* diuiduũ
10 † eſt quò ad omnia *ex Bart.in l.*
ſtipulationes,nu.9 ff.de uerb.oblig.
11 Sed & *Fundum tradi*, ſi † credi-
mus *Pariſ.in 2.2.n.204.pag 151.*
& nu.306.pag.187. qua de re tñ
latiùs ex profeſſo inferiùs ſuo
loco erit agendum, ſcilicet in
ſectione, *Fundum tradi*; Non de-
ficiunt alia iura, interea verò
textus in *l.2.§ ſi cum hominem.ff.*
de uer.oblig. in l.qui hominem.ff.de
acceptilat. in l. ſi ſtipulatus. §. 1.
ff.de ſolut. gloſſ. & Bart. in l. ſi non
ſortem.§.pen.ff. de condict. ind.
12 Nec cuiquam intereat† ſcru-
pulũ inijciat *tex.in l.2.§.1. uerſ.*
quædam partis,& uerſ.Nam ſi Sti-
chi ff.de uerb.oblig. ea.n. deciſio
eſt ad euitandum abſurdum,de
quo *textus in l. In executione. §.*

pro

pro parte ff. de verb. oblig. ne ſcilicet in diuerſis hominibus partes ſoluantur. Sed neq. †textus in eodem §. *pro parte, in fine, ibi, idem iuris eſt, & ſi quis decem millia*; agit .n. ibi Paulus I.C. de ſtipulata quantitate in ordine ad promiſſorem, non autem illius hęredes, de quibus etiam *textus in l. In executione, in prin. ff. de uer. obl. in l. Cùm à matre. ff. de rei vind. l. 1. vbi not. C. de reb. credit gloſſ. in l. 2 §. 1. in uer. praſtationem. ff. eod. de verb. oblig.* Nec tandē †textus in *l. ſi non ſortem. § ſi decem ff. de condict. indeb.* ibi .n. facta fuit ſolutio vnius ex rebus alternatiuè promiſſis, quo caſu per ſolutionē partis in vna re, non contingit liberatio, nec etiā in parte ſoluta.

Sed & quæſo, quod diximus pœnam adiectam dando vel facto diuiduo niſi totum aut ſoluatur aut præſtetur, committi inſolidum, niſi† diſtinguas, habebis iura contraria. Dic igitur, quòd ſi ſimus in contractibus, pœna, & cōmittitur inſolidum, & inſolidum †exigi poteſt. *l. ſtipulationum aliæ §. ſi ſortem ff. de verb. oblig. l. In executione. §. item ſi ita. ff. eod. l. ſi is qui ducenta. § 1. per totum. ff. de reb. dub.* At verò † in iudicijs, ſi quidem pœna apponatur reſpectu eorum, quæ pertinent ad ordinationē, mitiùs agitur, quia licet de rigore pœna committatur inſolidum, ex æquitate tamen, ſi pro rata vni offeratur pœna, exceptione doli is vtetur, qui ex eà ſtipulatione conuenietur. *l. ſi ſeruus §. ſi plurium. ff. ſi quis caut.* Si verò pœna ijs adijciatur in iudicio quæ pertinent ad deciſionem, dicendum idem erit ꝙ in contractibus, vt ſcilicet integra pœna inſolidum, & committatur, & exigatur. *l. 5. §. ſi ſortem promiſeris ibi: Idemq. eſt ff. tit. noſtro, iuncto. tex. in l. Celſus in prin. ff de arbitr. Bart. hic nu.* 18.

Sed tādem ad Indiuidui diuiſionem, de qua *Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. ff. de verb. oblig.* iam .n. & diximꝰ, & probando conuicimus eam deficere, dum vult Indiuiduum eſſe duplex tantum, videlicet ſecundum naturam, & ſecundū iuris diſpoſitionem, vbi namq. eſt Indiuiduum ex hominis placito?

Sed nec textus quo ipſe niti-
18 tur illud nobis perſuadet, is †
verò eſt in *l. non amplius in fin. ff.*
de leg. 1. Sin autē, inquit textus,
res legatæ, vel naturaliter indi-
uiſæ ſint, vel ſine dāno diuiſio
earum fieri non poteſt. Etenim
19 dico ego damnum duplex†eſt,
aliud poſſibile à iure præuiſum
in genere, & hoc conſtituit In-
20 diuiduum † iuris diſpoſitione,
21 aliud verò damnum eſt † pro-
babile ab homine præuiſum in
indiuiduo, & hoc facit Indiui-
22 duum hominis † cautela. Et ſic
me interprete habes ex loco

Pomponij in *d. l. non amplius*, *in fin ff. de leg.1.* non Bartoli, ſed cõmunem deduci, & comprobari Indiuidui diuiſionem.

Iaſon in *l.2.§.& harũ, in prin. vſque ad num. 8. ff. hoc tit.* aliam conſtituit Indiuiduorum diuiſionem dicẽs, quòd Indiuiduũ

23 eſt † triplex, aliud ſecundum naturam, aliud ſecũdũ iuris diſpoſitionem, aliud mixtũ; quã diuiſionẽ ſecutus fuit *Ripa hic n. 2.*

24 Verùm, & hæc diuiſio † peccat in duobus. primò quia in ea non cõtinetur Indiuiduum ex prouiſione hominis, neq́. enim mixtũ egreditur ſua ſimplicia

25 ſed ſub ijs cõtinetur nec † excedens, nec exceſſum, *tex. in l. ſi ita facta. ff. de iniuſt. rupt. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de lib. & poſth. Iaſ. in l. ſi mater, nu. 8. C. de in off. teſtam. Alciat. in l. verbum erit, num. 3. ff. de verb. ſignif. D. Praſ. Menoch. conſ. 97. nu. 66.* Hinc illud, quòd ſi Comes quiſpiã Palatinus priuilegiũ à Cęſare ſit cõſecut' ad legitimandos ſpurios, ampli',

26 & † inceſtuoſos: ſpurius ideq́. inceſtuoſus ab eiuſmodi Comite natalibus legitimis reſtitui poterit, *Bart. in l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. Bald. in §. omnium, n. 3. Inſt. de action. ibid. Iaſ. nu. 30.* In eo etiam peccat Iaſonis recitata diuiſio, in quo peccat vniuerſa ferè repetentium turba, quòd non datur eiuſmodi Indiuiduũ

27 † mixtum; nec .n. quod Indiuiduum eſt natura, propriè dici

28 poteſt Indiuiduum legis † diſpoſitione, cùm etiã volens lex nõ poſſit diuiduare illud quod Indiuiduum eſt à natura, vt videre eſt in *l. fi. C. de hæred. action. l. ea quæ in nominibus. C. fam. erciſ. l. hæredes. §. an ea. ff. eo. fam. erciſc.* eſt equidem potens lex, ſed nõ

29 † ſupra naturam. *l. 1. §. ſi vir uxori ff. de acq. poſſ. l. 2. §. 1. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.*

Bartol. alibi, ſcilicet in *l. græcè. §. illud. nu. 4. ff. de fideiuſſ.* dicit

30 Indiuiduũ eſſe altero de † quatuor modis, Natura, Volũtate, Acceſſione, Forma; ſequitur poſt alios *Anchar. Iun. li. 2. q. 26. quidam, nu. 3.* D. meus *Io. Baptiſta Coſta remiſſiuè de Ration. Rata, q. 138. in fin. Addo Aret. in § quod ſi quis, num. 2. Inſt. de Inutil. ſtipul. Addo, & Sebaſt. Medic. in tract. de reg. iur. reg. 6. nu. 60.* Verũ vix eſt

31 vt forma † differat à Natura, quod ad præſens negotium attinet, quemadmodũ enim Turris eſt indiuidua, qa ſi diuidatur corrumpitur, & deſinit eſſe turris *l. 2. § præterea ff. de aq. pluu. arc. l. locus ff. de acq. poſſ.* ita homo indiuiduus dicitur, quia ſi eum diuidas corrumpitur, & deſinit eſſe homo *cap. nonne, de præſumpt.* Acceſsione autem non dicitur

32 quippiam Indiuiduũ, ſed † inſeparabile, cum Indiuiduũ dicatur reſpectu vnius tãtùm, & inſeparabile reſpectu pluriũ, ita tamen connexorum, vt ſeparari non poſsint *l. 1. §. item quæritur ff. de*

. *de aq.quotid.& aſtiu.l. tunc inutile ff.de pecul.legat. l. poſſeſſionum C.cõm.utr.iud.* deſideratur præterea in hac diuiſione Indiuiduum legis diſpoſitione; niſi nimis impropriè agas, velisq́. Indiuiduũ forma eſſe Indiuiduũ legis diſpoſitione.

Alij vſq. ad † ducentas Indiuiduorum ſpecies recenſent, vt *Aeguinarius* Baro; quas tamen ne arbitteris ſpecies propriè eſſe, ſed vel Indiuiduorum Modos † quales decem, & ſeptem recenſet *Bald.in l.Pro hæreditarijs à nu.8.vſq. ad* 15.*C.de hæredit.actio.* vel potius Indiuiduorũ † exẽpla, qualia innumera eſſe teſtatur *Pariſ.in* 3. *par.nu.*23.*pa.*315.

Dicamus nos Indiuiduorum ſpecies † tres eſſe, non plures, non pauciores. Aliud .n. eſt Indiuiduũ natura, aliud iuris diſpoſitione, aliud hominis cautela. Indiuiduũ natura, de quo etiam *textus in l.non amplius in fi. de leg.*1. eſt † quod natura diuiſionem nõ admittit, veluti cũ viam, iter, actum ſtipulamur *l.*2. *& harum ff.de uerb. oblig.l.*1.*§. uſusfructus ff.ad l.falcid.l.uia ff de ſeruit. Bart.in l ſtipulationes non diuiduntur, in prin.nu.*26. *ff. de uerb. oblig.* ideoq. ſi diuidatur, corrũpitur ſtipulatio *l.Pro parte ff.de ſeruit. & l.ſtipulationes non diuidũtur, in prin. ff.de uerb. oblig.* Indiuiduum † iuris diſpoſitione eſt illud, quod ſecundum ſe, & naturaliter, diuiduum eſt, qualis eſt quantitas, & homo in genere *l.* 2.*§.* 1. *uerſ.quadã partis quidem ff. de uerb. oblig.* iuris tamen diſpoſitione Indiuiduũ eſt, q̃ꝛ niſi totum detur, ſtipulationi ſatis non fit, *eadem l.* 2. *§. quadam partis ff.de uerb.oblig. l. In executione §. pro parte ff.eod.* Ita tamẽ,
cti, niſi particularis ratio velit
vt efficiatur actus indiuiduus,
etiam ſi ſubiectum ſit diuiduū,
& ita intelligit *textum in l.* 2.§.
Item ſi in facto l. 5. §.*ſi ſortem*, *in l.In executione* §.*Item ſi ita ff. hoc tit.de uerb.oblig.in l.ſi ita fuerit ff. de manum. teſtam. l.Cui fundus ff. de condit.et demonſtr.*Pro qua opi
nione do ego textum in noſtro
§.Cato: ſi quid aliter factum ſit
promittis centum? ecce con-
ditionē, & nihilominus in eo-
dem §. Cato, modò pęna diui-
dua eſt modò indiuidua. Niſi
dixeris, quòd in Caſu §. Cato,
44 obligatio † præceſſit conditio-
nem

nē, licet Cato referat conditionē ante promiſſiones; nō .n. eſſet locutio ſatis apta ſi quis diceret, ſi quid aliter factū ſit, ſit promittis centū, promittis Per te non fieri &c. Amplius non agi, Te hæredemq. tuum ratum habiturum.

Dico igitur, quòd *in l. ſi is qui ducenta* §. *ſi quid eorum ff. de reb.*
45 *dub.* text. habet † diuerſos terminos. Si quidem in caſu §. *ſi plurium eſt unica ſtipulatio*, ut ibidem dicitur in textu, *et in l. qui duos homines ff. In ius vocati ut eāt*; adhuc enim vna eſt ſtipulatio, licet plures homines deducti ſint in ſtipulationem, quia familiæ, duorum plurium, vel oīum
46 † ſeruorum ſtipulatio vna eſt, d. §. ſi plurium, *et l. ſcire debemus* § *ſtipulationem quoque. ff hoc tit. de verb. oblig.* in caſu verò *dict.* §. *ſi quid eorum*, quot homines tot ſunt ſtipulationes, ibi enim dicitur: ſi ſtichū, & damā, & Erotem non ſtiteris, decem dari? neque enim dubium quin æquè omnes ſiſti oporteat. Sūt igitur tres ſtipulationes, quia non per modum vnius quaſi vniuerſitatis deducuntur in ſtipulationē
47 ſed per † modum plurium *l. ſcire debemus, in fin. prin. ff. de uerb. oblig.* ibi: At ſi quis illud, & illud ſtipulatus ſit: tot ſtipulationes ſunt quot corpora.

Hic vides maximum inter vtrumq. diſcrimen, quia primo caſu eſt vna pęna ſola reſpiciēs vnam ſtipulationem ideo vbi in parte ſtipulationis peccatur,
48 ſaltem ope † exceptionis eſt tutus peccans pro non peccato ſeu ꝓ ea parte in qua nō peccauit; at ſecūdo caſu eſt vna qui-
49 dem pęna, ſed † multiplicata ſecundum ſe totam, & integrā ad multiplicationē ſtipulationum, cum ergo qui promiſit ſiſtere ſtichum, & damam, & Erotem, dum Erotem non ſiſtit, nō peccauerit in parte vnius ſtipulationis, ſed peccauerit in tota vna ſtipulatione, ideo totam committit pęnam cum effectu.

Quòd ſi velles etiam in caſu *l. qui duos homines ff. in ius uocati ut eant*, non ſiſtendo alterum ex
50 duobus hominibus promiſſis † integram pęnam committi; dic ibidem duos homines promiſſos eſſe, non per modum vnius, quaſi vniuerſitatis, ſed per modum duorum hominum diſtinctorum, ſcilicet qui duos homines Titium, & Pomponium in iudicio ſiſti promiſit &c.

Nec verò diſplicet quod alij
51 † volunt, ſcilicet *textum in l. ſi ſeruus* §. *ſi plur.* ū *ff ſi quis cantion.* loqui de pęna iudiciali, *textum*
52 *uerò in* §. *Cato*, loqui de pęna † conuētionali, vt ibi plurimùm poſſit ęquitas, hic mer' rigor; ideoq. in pęna iudiciali locum habeat exceptio pro parte non peccata, in conuētionali verò, pęna ipſa tota, & quidem cum effectu committatur. Quòd ſi

op-

opponas † *de textu in l. ſi is qui luceta § ſi quid eorũ ff. de reb. dub.* ibi in promiſſione de ſiſtendo plures ſub certa pœna, eadem cõmittitur, & quidem. Cùm effectu tota, ſi in parte peccetur, & *textus tamen in* §. *ſi plurium*, & ipſe loquitur de promiſſione facta de ſiſtendo plures ſub certa pœna, attamẽ pœna licet mero iure, ſolida committatur, eſt tamen locus exceptioni pro non peccato: Dico, quòd in caſu §. *ſi plurium*, promiſſio erat de ſiſtẽdo in iudicio, quòd tum probatur ex textu, ibi: ſi plurium ſeruorum nomine iudicio ſiſtendi cauſſa vna ſtipulatione promittatur, &c. Sed & ex rubrica ſi qs cautionibus in iudicio ſiſtendi &c. at verò in caſu §. *ſi quid eorum*, erat promisſio de ſiſtendo extraiudicialiter, puta vt recognoſcerentur ſerui illi, vel vt operas præſtarent; Reperiri .n. † duplicem hominum ſiſtẽtiã, iudicialem, & extraiudicialem, patetur, aliud tamen agens, *Paruſ. 2. 2. num.* 568. vel etiam dicas p dicebamus, ibi ſcilicet eſſe triplicem ſtipulationem.

Eſt ergo, vt ad nos redeamus eãdem, prima vtilitas, quòd intereſſe probãdum eſt an ſubſit, & quatenus, pœna verò debeatur etiam ſi non interſit.

Difficultatem tamen non minimam tria faciunt iura *tex. ſcilicet in l. aduerſus ſententiam ff. de recept. arbitr. in l. pen. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit, & in l. ſi duo § ſi. ff ſi quis caution.* quæ iura ſingula queſo ſigillatim expendam.

Textus in *l. Aduerſus ſententiã ff. de recept. arbitr.* habet hæc
55 † verba: Aduerſus ſententiam arbitri fit, ſi petatur ab eo, à quo arbiter peti vetuit. Quid ergo ſi a fideiuſſore eius petatur? an pœna committatur? & puto committi. Et ita Sabinus ſcribit: Nam Τῳ Δυνάμει à reo petit. Sed ſi cum fideiuſſore compromiſi, & à reo petatur, niſi interſit fideiuſſoris non cõmittetur. Hæc textus. Ergo pœna pſupponere videtur intereſſe.

56 Reſpondeo ego, quòd † fideiuſſor, & reus cõſtituunt vnã perſonam inter ſe ratione τῷ Δυνάμει hoc eſt potentiæ & virtutis, vt alter conuentus alterũ deinde conueniat. Illud tamẽ ſupereſt diſcrimẽ, quòd fideiuſſor ſi conueniatur, poſteaquam
57 pro reo ſatis fecerit poteſt † ſemper reum conuenire, ideo fideiuſſor ſi conueniatur ſemp conſtituit vnam perſonam cum reo, quare qui facit contra fideiuſſorem ſemper facit contra reũ, & pœna committitur. Reus
58 autem ſi † conueniatur non poteſt cõuenire fideiuſſorẽ, ideoque non facit reus τῳ Δυνάμει eãdem perſonã cũ fideiuſſore, niſi fideiuſſoris interſit; quo caſu committitur pęna non ſub ea formalitate, & ſub ea ratione, quia intereſt fideiuſſoris non

fuiſſe conuentum reum;Sed qa
ratione intereſſe fideiuſſor eſt
Τῇ δυνάμει vna perſona cum reo.
Quòd ſi eſſet perſona,quæ ſine
alio intereſſe repreſentaretur
in pęnali conuẽtione, profectò
etiam ſine alio intereſſe præten
deret pęnam.

59 Age verò† expeditius,& dic,
quòd vbi à fideiuſſore petitur,
ideo committatur pęna ſolida,
quia fideiuſſor repreſentat reũ,
at verò quãdo petitur à reo nõ
committitur ſolida pęna, ſed
quatenus intereſt fideiuſſoris,
quia reus nõ repreſentat fide-
iuſſorem.

Tex.in *l. pen.ff.ſi qu's in ius uo-
catus non ierit*, eſt eiuſmodi: Si
60 quis in † ius vocatus non ierit
à competẽti Iudice mulcta pro
iuriſdictione Iudicis damnabi-
tur.Niſi nihil interſit actoris eo
tempore in ius aduerſarium ve
niſſe,tunc enim remittit prætor
pęnam: puta quia feriatus dies
fuit.

61 Accurſius† ibid.in verbo *In-
terſit*, reſpondet textum hunc
loqui in mulcta ad ſuſtinẽdam
Iuriſdictionis maieſtatem, atq.
adeo in pęna Iuriſdictionali,
ſecus eſſet in conuentionali. Si
62 quis verò à me† quærat quænã
ſit differentiæ ratio inter vtrũq.
caſum; dico quòd pęna conuen
tionalis eſt ne contemnatur ſti-
pulator, mulcta verò ne contẽ-
natur iuriſdictio. Vbi ergo fit
aduerſus conuentionem, ſem-
per contemnitur ſtipulator,ſed
quãdo fit aduerſus Iudicis præ
63 ceptum tempore,aut loco† in-
congruo,puta tempore feriato
vt dicit textus, vel loco pericu
loſo vt dicit gloſſa, tunc non
contemnitur Iuriſdictio, cùm
64 loco, & tempore † in congruo
præceptum Iudicis fit ſupra iu-
riſdictionem *l. fin. ff. de Iuriſd.
omn. Iud.*

65 Textus † tandem *in l. ſi duo
§. fin. ff. ſi quis cantion.* procedit
ad euitandum abſurdum ratio-
ne effectus,ne ſcilicet idem bis
exigatur,& nomine pęnæ & no
66 mine intereſſe, tũc enim & † pę
na ſubrogatur intereſſe, & inte
reſſe ſolutum petẽtem pœnam
eundem ſubmouet exceptione.

Quo tamen loco, vt quãdam
hac in re Bologneti pertinaciã
hìc nu. 133.& 134. vel poſſis ſe-
dare,vel certè cõfundere, ſcias
quòd pœna non ſubrogatur in-
67 tereſſe † ſimpliciter,ſed in hoc
tantùm ſenſu, quòd pro eadem
cauſſa non poteſt deberi & pę-
na & intereſſe; Sed ſi pœna &
68 intereſſe ſint† exæquata,atque
paria, pęna ſoluta peti non po-
terit intereſſe, quia tollitur eo
caſu actio ad intereſſe ipſo iu-
re; Vel ſoluto intereſſe non po-
terit peti pęna, quia pęna defi-
cit ipſo iure.Si verò pęna & in-
69 tereſſe paria † non ſint, ſed ſe
excedant; tũc, ſi pęna excedat
intereſſe, ſoluatur autem pęna,
nullum peti poterit intereſſe.Si
ve-

Digitized by Google

verò ſoluatur intereſſe, poterit peti pęna quatenus excedit intereſſe. Idem & † verſa vice; Si intereſſe excedat pęnam, & ipſum ſoluatur intereſſe, nulla poterit peti pęna: quòd ſi pęna ſoluatur poterit peti intereſſe pęnam excedens. Quare nulla it in hac re nouatio, ſed omnes ıctiones ſaluæ ſunt, ita tamen vt † vnica ſufficiat ſolutio maoris quantitatis, vel ea ſit pęna, vel eadem ſit intereſſe, vel tiam vtriuſque computatio *l. pud Celſum §. Labeo ff. de except. ol. l. reſcriptū §. ſi pacto ff. de pact. loſſ. in l. In executione §. Itē ſi ita n verbo prodeſt ff. de verb. oblig.* uo caſu non eſt vera, propriae ſubrogatio, vt in indiuiduo *ex. quem ibi Caſtrenſ. in ſummario agiſtralem appellat in l. prædia ff. e action. empt. gloſſ. in l. qui fidem, n verbo cogetur ff. de trāſact. gloſſ. n l. Apud Celſum §. Labeo, in verb. xigere ff. de dol. except.*

Altera vtilitas, quod † taxao intereſſe non poteſt excedere duplum *l. vn. C. de ſentent. ia pro eo, quod intereſt, gloſſ. & rt. in l. ſtipulatio iſta, in princ. ff. oc tit.* Pęna verò in † infinitum onueniri poteſt, *gloſſ. in ca. cum uotiſſimam, in verbo componat, i. q. 2.* vbi obſerues non fine yſterio aliquo poſitum fuiſſe erbum illud conueniri; nanq. pęna duplex eſt legalis, & cōentionalis. Legalis non exceit † quadruplum § *omnes Inſt. de action.* Conuentionalis in in-
76 finitum † protenditur, *gloſſa allegata.*

Poſtrema modò vtilitas, q
77 † intereſſe debetur toties, quo-
78 ties; pęna † ſemel tantum; niſi adiecta ſit clauſula illa: Toties
79 † quoties; quo loco non eſt animus examinare an bis tantum committatur pęna, an pluries. Addunt aliqui clauſulam: Rato
80 † manente pacto; quæ mihi id non probat, vt ideo pluries pę-
81 na † committatur *l. qui fidem ff. de tranſact. iuncta l. ſi duo rei §. ſemel commiſſa ff. de recept. arbitr.* Inde enim colligo, quod commiſſa pęna, ſoluitur actus; nec amplius mora poteſt commit-
82 ti, niſi ſit adiecta † clauſula: Totiens, quotiens; At verò clauſula: Rato manente pacto non id vult vt pluries pęna committatur, ſed vt pęna commiſſa non
83 ideo † ſoluatur actus. Niſi inanis eſſet actus ſine pęnæ adiectione. Ad hæc videas *textum vbi Bartol. & Alber. in l. ſi duo rei §. ſemel cōmiſſa ff. de recept. arbitr. in l. 1. §. habet autem ff. vſufructuar. quemadm. cau. in l. ſi procurator ff. rem ratam haberi, in l. ſi ſic la 2. ff. de hoc tit. de verb. oblig. in l. niſi §. quæſitum ff. ſi cui pluſquam per legem falcid. Parıſ. conſ. 165. Parē num. 6. vol. 4. vbi plures certè allegantur, Cephal. conſ. 35. In cauſſa, n. 24 lib. 1. gloſſam, Bart. & Bald. in l. 2. C. de Iure emphyteut.*
84 An autem ob † aſſiduam de-

F 2 bi-

bitoris moram, non ſolùm intereſſe primum debeatur, ſed ēt intereſſe alterius intereſſe, q̄a fortè prius intereſſe reſpectu poſterioris dicatur ſors, vide *cum* Curtio *iun. pulcherrimè contendentem* Cagnolum *in l. vn. num.* 45. C. *de ſent. quæ pro eo quod intereſt.* Rurſum diſtinguentem D. *Coſtā inter intereſſe lucri ceſſantis, & dāni emergentis in ſuo tract. de Rat.* Rat. *quæſt.* 142. *nu.* 9. *poſt Honded. conſ.* 50. *num.* 40. *vol.* 1. *Præſ. clariſſimum D. Morot. conſ.* 65. *num.* 3. *clariſſimum D. Peregrin. conſ.* 100. *nu.* 35. *vſque ad finem.*

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio pœnalis nulla eſt, ſi pœna certa non ſit.*
Ratio affertur, num. 2.
3 *Incerta quantitatis electio pertinet ad debitorem.*
4 *Pœna legalis, etiam incerta, valet, non tamen conuentionalis.*
Ratio, num. 5.
6 *Iudex poteſt in arbitrarijs in mitiorem partem inclinare.*
Niſi velit cauſſam facere propriam, num. 7.
8 *Pœna conuentionalis, licet incerta, in foro canonico vtilis eſt, ex Alex. & Ripa.*
Quod amplius extendit Ripa ad forum mercatorum, num. 9.
Vtrumque reijcit Author, num. 10.
Ratio affertur, num. 11.
12 *Pœna, attenta æquitate Canonica, vel non committitur, vel commiſſa purgatur.*
Quod verum intelligit Alex. in foro pœnitentiali, num. 13.
Secus in contentioſo, num. 14.
Niſi in caſibus à iure canonico ſpecialiter exemptis, num. 15.
16 *Pœna etiam in foro pœnitentiali purgari non poteſt ſecuta ſententia.*
17 *Intereſſe, non poteſt certum a principio ſtipulari penes omnem certitudinem.*
Ratio attento iure ciuili, num. 18.
Ratio attento iure Canonico, nu. 19.
20 *Taxatio certi intereſſe à principio, an, & quando vſuras arguat.*
21 *Pecunia numerata, ſtrictè, & propriè ſignificatur pecuniæ vocabulo.*
22 *Pecunia largè eſt quicquid conſiſtit numero, pondere, & menſura.*
Largiſſimè verò etiam ſpecies, nu. 23.
24 *Pœna ex communi poteſt in qualibet pecuniæ acceptione conueniri.*
25 *Species certa an poſſit deduci in pœnalem ſtipulationem.*
Et quidem facti indiuidui, num. 26.
Quid ſi factum ſit diuiduum, n. 27.
Negat enim Ripa poſſe in ſtipulationem facti diuidui deduci ſpeciē certam, num. 28.
Affirmat Author, & declarat, nu. 34
Contraria tollit, num. 36.
31 *Pœna ſoluta, pœnalis promiſſio ſoluitur.*
Niſi fuerit iurata, num. 29.
Vel appoſita fuerit clauſula Rato manente pacto, num. 30.
32 *Statutum prohibens ſub pœna aliquid de ſe licitum, ſoluta pœna actus remanet licitus.*
Quicquid in contrarium ſenſerit Bartolus, & Tiraquellus, num. 33.
35 *Communio incidens quando faciat Indiuiduum.*

ARGVMENTVM.

¶ Pœnam legalem poſſe incertam eſſe, conuentionalem

:m nullo pacto. Quid autem attenta æquitate canonica, quid iterum in foro pœnitentiali. Pœnam non in pecunia ſolùm, aliave quãtitate, verùm etiam in ſpecie çerta poſſe conueniri, diuiduum licet factum in ſtipulationem deducetur.

:rtę pecunię promiſſa &c.

SECTIO III.

t in tertia ſectione, duo ſe ſe nobis obÿciunt examinanda, quorum

PRimum, an pęna debeat eſſe certa.

Secundum an debeat conueniri in pecunia numerata.

QVod pertinet ad primum: An pęna debeat eſſe certa, reſolutio eſt † affirmatiua, quòd ſi pęna nō it certa, ſtipulatio pęnalis nulla eſt *l. Ita ſtipulatus, in princ. ff.* *oc tit. de verb. oblig. Ripa hîc num.* *›. Socin.* Iun. *nu.* 17. quòd ſi velis ationem, ea † erit, quia electio incertæ quãtitatis pertinet ad debitorem *l. plerumq. ff. de Iur.* *ot.* qui iuris præſumptione ꝙ minimum eſt eliget, actumq́. faciet eluſorium *l. Senatus* §. *hoc legatum ff. de legat.* 1. *l. Inter ſtipulantẽ* §. 1. *ff. hoc tit. dd. in l. In eiuſmodi ff. de prætor. ſtipul.*

Declarando tamen, vt illud
verũ ſit in pęna conuentionali;
4 cæterum † legalis pœna etiam
incerta valet, cenſetur enim in
5 arbitrium † Iudicis reiecta *l.*
Sanctio legum ff. de pœn. l. 1. §. *ex*-
pilatores ff. de effractor. gloſſ. in l.
nemo Martyres C. *de SS. Eccleſ.*
Bald. in rubr. num. 50. C. *de fid. in*-
ſtrum. Nec ideo actus erit elu-
ſorius licet enim Iudex poſſit
6 in † mitiorem pęnam inclinare
ca. de cauſſis, de off. de leg. not. in l.
fin ff. de prætor. ſtipul. non erit ta-
men gratioſus nimis niſi velit
7 cauſſam facere † propriã, & te-
neri in ſyndicatu *cap.* 1. *de re iud.*
in 6. *Baldus in l. quicunque num.* 21.
C. *de ſeru. fugit. Idem in rubr. num.*
2. C. *de pœn. Iud. qui mal. iud.*

Excipit Alexander æquitatẽ
canonicã, vt ſcilicet pœna con-
8 uentionalis, licet † incerta, in
foro canonico ſit vtilis, non ta-
men in foro ciuili, & arbitrio
boni viri declaretur. *Alex. in l.*
Ita ſtipulatus, nu. 9. *ff. hoc tit. vbi*
Ripa nu. 25. non ſolùm Alexan-
9 dro ſubſcribit, verum † amplius
eodem impulſu æquitatem hãc
extendit ad forum mercatorũ.

Sed certè opinor indubiè, &
Alex. & Ripam malè ſentire; ea
10 nanq́ mihi † verior opinio eſt,
vt pęna conuentionalis incerta
nunquam peti poſſit, nec ad ar

bi-

bitrium boni viri reuocari. Bo-
11 nus enim vir † non poſſet arbi-
trari intereſſe reſpectu ſolius
contemptus, quæ propriè pęna
eſt, ſed tantum intereſſe verũ,
quatenus ſcilicet verè mea in-
tereſt, & hæc non eſt pęna,
Quare, & attenta æquitate Ca-
12 nonica † pęna ipſa vel nunquã
committitur, vel iam commiſſa
ſemper purgari poteſt, *cap. Suã,
de pęnis, Bald. in l. ſi pacto C. de
pact. Idem in l. qui crimen, quæſt. 11.
C. qui accuſ. non poſſ. Gozad. conſ.
57. nu. 18. Dec. conſ. 138. n. 8.* Quã-
quam alibi Alex. diſtinguit in-
ter forum Canonicum pęniten
tiale, & forum Canonicum con
13 tentioſum, vt in † pęnitentiali
vel non committatur pęna, vel
ea commiſſa, poſſit ſemper mo-
ra purgari, pęnaq; elidi; in con-
14 tentioſo verò † idem ſeruetur,
quòd in foro ciuili niſi in caſi
bus à iure Canonico ſpeciali-
15 ter † exemptis, *Alex. in l. ſi in-
ſulam, num. 38. ff. de verb. obligat.*
Cui tamen addas, etiã in foro
pęnitentiali, quem conſcientiæ
appellant, & moram committi,
& commiſſam purgari nõ poſſe
16 ſecuta † ſententia, *gloſſ. in cap.
Fraternitas, 12. q. 2. Sylueſter in
uerbo, Pœna, num. 15.*

Dum verò pęna certa eſt, In-
tereſſe eſt incertum, neque à
17 † principio certũ ſtipulari poſ
ſumus intereſſe penes omnem
certitudinem; Namq; de iure
18 † ciuili poterit reus promittẽ-
di probare tantũ non interfuiſ-
ſe ſtipulatoris *l. ſi ita ſtipulatio
ff. de op. libert. §. non ſolùm Inſt. de
verb. obl. l. fin. ff. de prætor. ſtipulat.*
De iure autẽ Canonico arguit
19 † amplius certæ quãtitatis in-
tereſſe taxatio vſurariã praui-
tatem, *Bald. & alij in l. rogaſti §.
ſi tibi ff. ſi cert. pet. Cagnol. in l. vn.
num. 49. C. de ſent. quæ pro eo, quod
intereſt, Alex. conſ. 61. vol. 2. conſ.
80. in princip. vol. 3. Dec. conſ. 39.
D. Crauet. conſ 87. & conſ. 189. Al-
ba conſ 610. Videtur, num. 4. expli-
cando vt per Sotum de iuſt. & iur.
lib. 6. quæſt. 1. art. 3.* Et quidẽ præ-
ſumptione iuris, & de iure in
materia Cambiorum, Sanctiſs.
Pius V. in Bulla incipient. In eã
ꝓ noſtro paſtorali officio, verſ.
Porrò, *Ludouicus à Peguera in
quæſt. crimin. cap. 33. num. 6. verſ.
Sed quorſum iſte labor, Nauarr. in
Compend. Manual. in tit. de vſur. no
tab. 16.* Extra materiam autem
20 Cambiorum eiuſmodi † taxa-
tio certi intereſſe à principio
arguit vſuras præſumptione iu
ris tãtùm, ita vt taxatio nihil of
ficiat ſi re ipſa ſubſit intereſſe,
illudq; probetur, ita tamen vt
exactio certi intereſſe conuenti
ſit adhuc prohibita ratione ta-
xationis, non autem reſpectu
veri & realis intereſſe quatenꝰ
ſubſit, & ſubeſſe probetur, *Dec.
conſ. 111. Pro tenui, nu. 14. D. Cra-
uet. conſ. 189. Quando fęmina, nu. 8.
D. Bimius conſ. 137. Interrogatio,
num. 34, lib. 2. Ioſeph. Ludouic. con-
cluſ.*

Digitized by Google

luſ.56. valde,col. 1. *Anchar.* Iun. *quaſt.33. Venditor, num.4. par.2.* Nec verò ſemper taxatio certi ntereſſe a principio vſurã con inet iuris præſumptione; quid nim ſi ſimus in agro vendito retio non erogato ab empto-e, non recepto à venditore. quidem ſi fiat pactũ vt donec retium rei venditæ perſolua-ur ipſi venditori, teneatur em tor ad intereſſe quinque pro entenario, loco fructuum, ſoli-la erit conuentio, ſuamq́. pa-iet ex contractu actionem, & uidem omni iure efficacem, lonec ſaltem emptor probet anti venditoris non intereſſe, d verò ex veriſimili taxatione n ordine ad proportionatam ructuum perceptionem atten-a conſuetudine, *D. Bimius d. cõſ. 37. num.34. lib.2. Anchar.* Iun. *d. quaſt.33. num.8. par.2. Ioſeph Luouic. d. concluſ.56. Idem deciſ. Pe-tſ.65. dum pendebat, num.15. par.* Neq́. oſcitãter poſui in agro endito, ibi etenim agitur de itereſſe dãni emergentis. Ete-im ex magis communi, inte-eſſe lucri ceſſantis etiam per olitũ negotiari deduci à prin-ipio in pactum non poteſt ſed emum poſt moram debetur, *e communi Aretin. conſ.151. viſo, d fin. de magis communi idẽ Are-n. conſ.156. Viſis, in fin. Rota Ro-an. apud Farinac. dec ſ.5. Fuit, n. ubi add. tur idem eſſe inter ha-raos.*

Ad ſecundum verò, an pęna conueniri debeat in pecunia
21 † numerata, quæ ſtrictè, & propriè ſignificatur pecuniæ vocabulo; an verò poſſit etiam ſtabiliri in rebus quibus libet cõ-ſiſtentibus tamen numero, pon
22 dere, & menſura, quæ eſt † largior pecuniæ acceptio; an tandem amplius imo & in ſpecie
23 certa, quæ † largiſſima eſt pecuniæ ſignificatio, *l. pecunia uerbũ, & l. pecunia appellatione ff. de uerb. ſignif. l. ſi. ubi et ã gloſſ. in uerbo pecunia C. de conſt. pecun. gloſſ. in l.2. §. creditum, in uerb. pecunia, ff. ſi cert. petat. dd. in §. pretium, Inſt. de empt.*

24 Communis eſt † affirmatiua in omni pecuniæ acceptione, quam communem teſtantur & *Ripa hic num. 9. & Socin. iun. nu. 17. quibus addo ego textum in l. litigatores §. 1. ff. de recept. arbitr.* Quod licet ex communi facilè concedat Socinus, ipſemet tamen dubitat de ſtricto iure, nec difficultas aliqua eſt ſi pęna cõ-ueniatur in ſtricta pecunia, ea eſt pecunia numerata; Sed nec ſi eadem in pactum deducatur penes largiorem pecuniam, quæ in ijs conſiſtit rebus quæ pondere, numero, menſuraue cõſtant, quoniam in vtraq́. hac pecunia poteſt pęna ſtabiliri *l. Ita ſtipulatus in princ. p. ff. de uerb. oblig.*

25 Tota ergo difficultas eſt, ſi † certa ſpecies in pęnalem ſtipulatio-

latio-

lationem deducatur; Quo am-
plius loco nec ſcrupulus erit ſi
pęna certæ ſpeciei adijciatur
26 facto † indiuiduo; quem enim
præterit non poſſe committi ſti
pulationē principalē pro par-
te, quin committatur tota, nec
ab vno contra iri, quin omnes
cenſeantur aduerſarij; ideoq́. to
ta committitur pęna ſemper,
quare & tota ſpecies, indiui-
dua licet, quæ in œpnā deducta
eſt, tota tota ſtipulatori debe-
bitur *l.litigatores* §. 1. *ff. de recept.
arbitr. l. Ita ſtipulatus, in princ. ff.
hoc tit. de verb. obl.* Omnis ideo
ſupereſt labor ſi apponatur pœ
na certæ ſpeciei, & ſic pœna rei
27 indiuiduæ ſtipulationi facti †
diuidui; quia in facto diuiduo
cum vnus peccās ipſe ſolus pę-
nam committat, & equidem ꝓ
ſua ſola virili, quomodo præſta
bitur portio certæ ſpeciei, &
ſic portio rei quæ partitionem
& portiones excludit? videtur
ideo inutilis hoc caſu ſtipula-
tio pœnalis certæ ſpeciei.

Ripa hîc num. 9. binas affert
reſponſiones, ex quibus prior
nimis fatua, poſterior verò etiā
falſa. Fatua illa reſpōſio, quòd
pecunia in noſtro §. Cato, acci-
piatur duobus modis, quorum
priore modo contineat etiā cer
tam ſpeciē ſcilicet reſpectu ſti-
28 pulationis facti † indiuidui,
poſteriore verò ea tātùm ſigni-
ficet quæ conſtant numero, pon
dere, vel menſura, videlicet re-
ſpectu ſtipulationis facti diui-
dui. Falſa verò eſt poſterior re-
ſponſio dum dicit Ripa ſtipu-
latorem poſſe pęnam iam com-
miſſam negligere, & ab inuito
promiſſore integrū factum poſ-
ſe conſequi; Niſi enim factum
29 ſit † iuratum, vel appoſita ſit
30 clauſula Rato † manēte pacto
qui promiſit ſub pœna, commiſ
31 ſa & ſoluta pœna promiſſio † ſol
uitur *l. ſi duo* §. *ſemel commiſſa ff.
de recept. arbitr. l. obligationū ferè
in fin. ff. de action. & oblig. gloſſ. in
l. apud Celſum* §. *Labeo, in verbo
Except. ff. de dol. except.* ibi: Vel
dic ſi vtrumque petat poſt diē,
in homine repelli ipſo iure, in
pęna nullo modo; ſi ante diem
petat, in pęna ipſo iure repel-
litur, in homine nullo modo.
Quemadmodum & ſi ſtatutum
aliquid prohibeat de ſe tamen
licitum, ſub pęna, pęna ſoluta,
32 nihil aliud † ſupereſt in præiu-
dicium trāſgreſſoris, nec actus
remanet illicitus, ſed licitus,
*Io. Andr. & Hoſtienſ. in cap. rela-
tum, Ne cler. uel mon. quos etiam
refert Alex. ad Bart. in l. prætor
ait, in princ. ff. de op. no. nunc. Iaſ. in
d. l prætor ait, in princ. nu.* 11. *Cyn.
in l. non dubium in fin. C. de legibus,
Iacob. Butrig. quem refert, et ſequi-
tur Bald. in d. l. non dubium, nu.* 28.
*Riccard. de Malumbr. de quo Bart.
in d. l. prætor ait, in prin. num.* 3. D.
*Carpan in prælud. ad omnia ſtatuta,
nu.* 758. *Verſ. Pœna ubi imponitur
33 à ſtatuto*; quicquid † malè ſen-
ſerit

erit *Bartol. loco cit. & Tiraquel.* le *Nobilit. cap.* 37. *& quamquam nu.*78.

Dico igitur ego vtilẽ eſſe ad-uc ſtipulationẽ,& pœnam cõ-nitti tantùm pro † parte etiã ſpecies in pœnã deducta ſit, eque aliquod inde ſequetur bſurdum. Si enim ex pluribus romiſſoribus facti diuidui, vnus tantum contraueniat,is vel olenti ſtipulatori partis æſti-iationem præſtabit, vel nolen dabit pœnam commiſſam, & c partem hominis, non certã ro diuiſo puta brachium; ſed uotam pro indiuiſo puta quar .m,& ſtipulator efficietur ſo-us quartæ portionis pro indi ſo in illo homine; nec ali-iod cõtinget abſurdum quo-iam quarta † Indiuidui regu-, de qua nos ſuperius in fine ıæſtionis primæ, *& Natta.cõſ. 9. difficilis,num.*23. *& gloſſa in undus ille ff.de contrah.empt.* lo-m habet vbi quis nolens co-tur incidere in communionẽ, ın vbi volens, ſi verò plures ntraueniant, quiſq. ſuam ſol t portionem,& diuidua erit, petitio,& ſolutio, qui ſi om-s commiſſam pœnam ſoluẽt eodem homine, benè eſt in-it gloſſ. ſi verò in diuerſis minibus, tunc ne contingat ſurdum,ne non conſequar ꝙ ›ulatus ſum, potero diuiſis ticionib⁹ agere aduerſus ad-: eũdẽ qui portionẽ ſoluit, ita vt videas diuiduã eſſe peti-tionem, diuiduam ſolutionem,
36 licet reſpectu†liberationis res ſit in pendenti *l.In executione* §. *pro parte vbi gloſſ. in verb.* Non *poteſt & in verb. promiſerit ff. hoc tit. & textus in l.*2.§.1.*ff. eod.* Hic opportunè habes quibus ſtabiq lias hærentem *Pariſ. in* 3.*par.nu.* 55. *pag.* 327. dum curarum ple-nus inde,Bartolo non moleſtus ſolum,verum ẽt iniquiùs æquo iniurius,eundem falſi accuſat; Habes inquam quid illi reſpon deas mecum dum nos interro-gat ibi:quid dicem⁹ de his quæ non recipiunt diuiſionem niſi pro indiuiſo, vt homo, equus; negari enim non poteſt quin pars tradita, vt pote indiuiſa nullius prope ſit vtilitatis, ſed potiùs incõmoda, niſi res de-tur,vel tradatur. Hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *Stipulationes diuidua modò, modò diuidua.*

2 *Stipulatio diuidua non recipit diuiſionem penes ſubſtantiam, ſed penes operationes.*

3 *Stipulatio diuidua, eſt tota in toto & tota in qualibet parte,penes ſubſtantiam.*

4 *Stipulatio appoſita rei diuidua, diuidua eſt penes operationes.*

5 *Stipulatio appoſita rei diuiſa diuiſa eſt per multiplicationem.*

6 *Stipulatio eſt in triplici differentia. Vtilitas, num.*10.

7 *Stipulatio alia indiuidua eſt,& ratione ſubſtantia, & ratione operationum, & ratione multiplicationis.*

8 *Alia diuidua ratione operationum.*
Alia tandem diuiſa, & multiplicata, num.9.
11 *Indiuiduitatis natura qualitas realis eſt.*
12 *Ideo vnius factum omnibus nocet, & omnibus prodeſt.*
13 *Inſolidum obligati non ſunt perpetuò correi, ſed interdum quaſi correi.*
14 *Solidum à ſingulis correis, vel quaſi, peti poteſt.*
15 *Correorum qualitas perſonalis vix differt à qualitate reali indiuiduitatis.*
16 *Perſonalis qualitas obligatorum inſolidum quid operetur.*
17 *Stipulatio diuidua, in perſona principalis debitoris indiuidua eſt.*
Niſi fauore libertatis, num.18.
Vel ſimus in materia tributorũ, n.19
In perſona tamen hæredum diuidua eſt, num.20.
Infertur, num.21.
22 *Quantitas conſiderata, vt quantitas eſt diuidua.*
Sed pro facto indiuiduo, puta pro conſtruendo Sacello, indiuidua eſt, num.23.
Contrarium cenſet Caſtrenſis, nu.24
Contra quem Author ſentit, nu.25.
Deinde opiniones conciliat, num.26.
27 *Text. in l. fideicommiſſa §.fin. ff.de leg.3.declaratur.*
28 *Diuiduum in perſona principalis promiſſoris eſt actu diuiſum in perſona hæredum.*
Fallit, num.29.
30 *Contractus quo caſu legem à conuentione accipiant.*
31 *Pactum vt hæredes principalis promiſſoris non liberentur præſtando partem, ſed quilibet teneatur ad totum, nullum eſt ex Bartolo.*
Ratio Bartoli, num.32.
Ratio rationis, num.33.
Reijcitur Bartolus, num.34.
Conciliatur, num.35.
Reijcitur iterum, num.39.
Ratio redditur, num.40.
36 *Pactum liberatorium vni tantum ex hæredibus prodeſt.*
37 *Pactum obligatorium omnibus hæredibus nocet Infertur, num.38.*
41 *Hæres non repræſentat defunctum vltra vires hæreditarias.*
Niſi ratione conſenſus in pactum per quaſi contractum, num.42.
43 *Perſonalis obligatio in quantitate debita ſub pignore, vel hypotheca, diuiditur inter hæredes.*
44 *Hypotheca etiam inter hæredes indiuidua eſt.*
45 *Hypotheca eſt tota in toto, & tota in qualibet parte.*
Infertur, num.46.
47 *Hypotheca quomodo pendeat à perſonali.*
48 *Text. in l.1. §. in omnibus C.comm. de legat. declaratur.*
49 *Hypotheca tacita intra æquitatis fines continetur.*
50 *Proviſio hominis eſt efficacior prouiſione legis.*
51 *Hypotheca legis an ſit tota in toto, at tota in qualibet parte.*

ARGVMENTVM.

¶ Stipulationes quæ diuiduæ ſunt, aut indiuiduæ, eas nunquam diuiduas eſſe penes ſubſtantiam, ſed, vel penes operationes, vel penes multiplicationẽ. Quid differat qualitas perſonalis Correorum à qualitate reali In-

Digitized by Google

ndiuiduitatis. Pactum in-
er principales ſtipulatores
oſſe conſtituere obligatio
em Quãtitatis indiuiduã
pud plures hæredes, aduer
s Bartolum.

† *ab omnibus hæredibus pœnam committi &c.*

SECTIO IV.

Stipulationes modò diuiduas eſſe, modò indiuiduas pro illius † natura, cui adijciuntur *tex. eſt. l. ſtipulationes non diuiduntur, in. in. in l. 2. §. 1. in noſtro § Cato ff. uerb. oblig. Iaſon in d. l. ſtipulationes, num. 3 Bart. hic num. 28.*

Quod tamen ego ita intelli-, vt ſtipulatio quæ diuidua citur, non recipiat diuiſionẽ nes ſubſtantiam, ſed penes † erationes, vt ſcilicet diuiè operetur penes diuiſionẽ iecti, cui adijcitur, ipſa verò ulatio penes † ſubſtantiam llo pacto diuidatur, ſed tota in toto, & tota in qualibet te diuidui. Quo loco vltes cõmonefacere volo, aliud dum ſtipulatio apponitur † diuiduæ, aliud verò cum onitur rei diuiſæ; ſi enim onatur ſtipulatio rei diui-, & ipſa ſtipulatio diuidua erit, non penes eſſentiam, nec penes multiplicationẽ, ſed penes operationes; ſi verò apponatur rei † diuiſæ, & ipſa ſtipulatio erit diuiſa, non penes eſſentiam, nec penes ſolas operationes, ſed erit diuiſa per multiplicationem plurium ſtipulationum, tot enim ſunt ſtipulationes, quot res in ſtipulationẽ deductæ *l. ſtire debemus, in princ. ff. hoc tit. de verb. oblig.* Quare ſti-

6 pulatio erit in † triplici differẽtia, alia nanq. erit indiuidua, quæ indiuidua eſt, & ratione

7 † ſubſtãtiæ, & ratione operationum, & ratione multiplicationis; alia diuidua, quæ indiuidua eſt ratione ſubſtantiæ, &

8 multiplicationis, ſed † diuidua ratione operationum; alia tan-

9 dem diuiſa, quæ † multiplicata eſt, & quò ad ſubſtãtiam, & quò ad operationes.

10 Vtilitas certè † maxima in actu practico, quoniam ſi ſtipulatio indiuidua eſt, totũ ab vno præſtandum eſt, nec enim diuidi poteſt, nec in perſona principalis debitoris, nec in perſona illius hæredum, ſed indiuidua tranſit, & ad hæredes, & in hæredes, actiuè, & paſſiuè, *l. ea quæ in partes ff. de reg. Iur. l. 2. §. ex his ff. tit. noſtro, de uerb. oblig.* quo loco *Parif. qui dum idem ſentit, & in par. 2. nu. 35. uerſ. Lex en. m, & in 3. par. nu. 12. uerſ. Al. ud ergo, & num. 151. uerſ Hic ſe ſe obtrud. t.* Inquit ipſe, licet ſubobſcurè ad-

modum, verbiſq., & formulis
nõ certè planis, quòd pluribus
modis plures tenentur ſinguli
ad rem totam; Primò ex natura
rei, quia ſit indiuidua, indiui-
11 duitatis enim natura † cum ſit
qualitas realis tranſit tota, &
ad hæredes, & in hæredes, & fa
ctum vnius omnes tãgit ideoq́.
12 vnius factum, & † omnibus no
cet & omnibus prodeſt. Secun
dò ex natura obligationis; ſi .n.
plures obligentur vel tanquam
verè correi, vel tanquam quaſi
13 † correi (ſi verò ſunt qui inſo-
lidum obligantur) à ſingulis ſo
14 lidum † peti poteſt, modò ſe-
mel tãtùm exigatur, id verò nõ
ex qualitate reali, ſed ex quali-
tate perſonali Ita tamen vt vix
15 differat qualitas † perſonalis
verè correorum à qualitate rea
li indiuiduitatis, & vtroque ca-
ſu factũ vnius omnibus aut no-
cet, aut omnibus prodeſt, *l. fin.*
16 *C. de duob. reiſ.* qualitas aut †
perſonalis plurium qui inſoli-
dum ſint obligati maximè di-
ſtat in hoc ab obligatione re-
ſpectu rei indiuiduæ, & ab obli
gatione plurĩũ verè correorũ,
quòd hic vt iam diximus factũ
alterius omnibus & nocet, &
prodeſt; ibi verò factũ alterius,
alteri nõ nocet, neq́. .n. ſunt ve
rè correi, ſed quaſi correi *l. ſi ex
toto §. ſi ita ſcriptũ ff. de leg. 1.*
Vbi verò ſtipulatio diuidua
17 eſt, eo caſu in perſona † princi-
palis debitoris illa indiuidua
eſt nec enim poteſt debitor par
tem ſoluere nolente creditore,
licet res debita diuidua eſſet,
*l. Tutor §. Lucius Titius ff. de uſur.
gloſſ. in l. quidam exiſtimauerunt, in
verb. ad accipiendum ff. ſi cer. pet.*
niſi hoc contigerit ex priuile-
gio cauſſæ, puta quia ſimus in
18 materia † libertatis *l. cum hæ-
res §. Item ſi decem ff. de ſtatu lib.*
vel etiam uerſemur in materia
tributorum perſoluẽdorũ quæ
19 in † tres diuidi poteſt annuas
præſtationes non plures tamen
l. placuit C. de collat. feud. patrim.
20 *lib. 11.* In perſona tamen † hæ-
redũ ſtipulatio diuidua in pri-
mo promiſſore, eſt actu diuiſa
inter ipſos hæredes *l. In execu-
tione, per totam ff. hoc tit. de uerb.
oblig. noſtro §. Cato;* quare ſi Ti-
21 tius ad † mille tenebatur, dum
is non potuit particulatim di-
uiſas in portiones ſoluere, po-
tuerunt tamen hæredes, & cõ-
tigit liberatio, in ea parte etiã
inuito creditore *l. ſi. ff. quib. mod.
pign. vel hypoth. ſolut. gloſſ. in l.
quidam exiſtimauerunt, in verb. ad
accipiendum, in fin ff. ſi cert. pet.*
Verum hic omnino animad-
uertendum eſt, locum illud ſibi
vindicare, quando mille conſi-
22 derantur tanquam † quantitas,
puta quia mille debebantur ex
cauſſa mutui; ſecus certè quan-
do mille conſiderantur vt factũ
inquit Iaſon, dico ego loco fa-
cti vel pro facto, & quidem in-
diuiduo; putà, quia teſtator leſ

gauerit ab hæredibus mille, ex quibus † ſacellum conſtruerẽt hæredes, erigerent ſtatuam, opus facerent, quilibet enim tenetur inſolidum *Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in prin. num. 17. ff. de uerb. oblig.* qui tamen refert Caſtrenſem † dicentem, quòd imo in practica ſeruaretur contrarium, & quilibet teneretur tantùm pro parte hæreditaria ſed certè aduerſus † Caſtrenſem *eſt textus in l. fideicõmiſſa §. ſi in opere ff. de leg. 3.* Niſi velis, & veriſſima † diſtinctione Iaſonem cum Caſtrenſe conciliare, quòd aut teſtator legauit ab hæredibus mille vt ſacellum cõſtrueretur, & ſic vel imperſonaliter, vel paſſiuè ex parte hæredum, & eo caſu ſuſtineatur Caſtrenſis opinio, vt quilibet teneatur tantum pro portione hæreditaria; aut verò legata ſunt mille per teſtatorem ab hæredibus vt ſacellum conſtruerent ipſi, quo caſu optimè ſenſit Iaſon, vt quilibet hæredũ teneatur inſolidum; quam diſtinctionem non elicio ego aut emungo, ſed apertiſſimè emanat ipſa † *ex d. l. fideicommiſſa §. fin. cum alijs concordãtibus, de quibus Accurſius ibidem, ff. de leg. 3.*

Cæterum, vt dicebamus, obligationes diuiduæ in perſona principalis ꝓmiſſoris, ſunt actu † diuiſæ inter illius hæredes, deoq. hæredum alter ſuã præſtãdo virilẽ portionẽ ſatisfacit.

Quod ſine controuerſia concedimus, niſi contrarium fuerit appoſitum in contractu pactũ vt ſcilicet hæredes promiſſoris,
29 non liberarentur † præſtando partem, ſed quilibet totum, & integrũ præſtare teneretur vnica tamen ſufficiente præſtatione; ſic *Pariſ. in 1. 2. num. 30. Verſ. Tertiò quæro, & in 2. 2. nu. 249. uerſ. Quintò quando,* qui eam adducit dicti rationem, quia ſcilicet nulla lex prohibet hoc pa-
30 ctũ, quo caſu † contractus ſuas leges ab hominum voluntate recipiunt *l. Contractus ff. de reg. Iur.*

Sed certè nõ eſt res adeo expedita vt opinatur ille; licet ego tandem ſentiam idem.

Bartolus igitur *in l. Continuus § fin. ff. hoc tit. de uerb. oblig.* improbat hoc pactum, nulliusq.
31 putat eſſe † momenti, & adhuc vult hęredes teneri tantum pro hęreditarijs portionibus, ea potiſſimum ratione, quia extraneũ
32 † obligare nõ poſſumus *§. ſi quis alium Inſt. de verb. oblig.* at verò
33 hæres vltra portionem † hæreditariam eſt extraneus *l. Cum à matre C. de rei vind. gloſſ. magn. in l. 2. § fin. ff. de prætor. ſtipul. Bartol. ipſe in l. 2. § Item ſi in facto, num. 3. ff. hoc tit. de uerb. oblig.* Et equidẽ pro hac opinione ſunt duo iura in maximum alterius ſententiæ præiudicium. Scilicet *textus in l. Continuus §. fin. ff hoc tit.* inducendo ab oppoſito ad propoſitum

ſitum ibi: Præterea ſciendum eſt, quòd dari ſtipulemur, non poſſe nos vni ex hæredibus adquiri, ſed neceſſe omnibus adquiri. Et in propoſito *tex. in l. cũ qui ita* §. 1. *ff. de verb. oblig.* ibi: Et quamuis conueniſſe videatur, ne ab alio hærede, quam à Titio peteretur, tamen inutile pactum conuentum cohæredibus eius erit.

34 Cæterùm pro alia † opinione eſt *textus in l. Auus ff. de pact.* ibi: Nec quicquam obſtat vni tantùm ex hæredibus prouidere ſi hæres factus ſit: cæteris autẽ non conſuli. Et *textus in l. ab omnibus, in princ. ff. de leg.* 1. Ab omnibus hęredibus, inquit textus, legatum erat, deinde dictum, ne vnus ex hæredibus ei daret. quęritur vtrum reliqui hęredes tota centum dare deberent: an deducta vnius illius hæreditaria portione. Reſpondi verius eſſe reliquos hæredes tota centum debere.

In his tot iurium inuicẽ pugnantium anguſtijs *Bartolus in l.*
35 *cũ qui* §. 1. *ff. hoc tit.* pro † conciliatione dicit, quòd, aut ſum' in pacto liberatorio, aut in pa-
36 cto obligatorio; priore caſu † vni tantum ex hæredibus pro-
37 deſſe poteſt, poſteriore nocet † omnibus pro portionibus hæreditarijs. O miſeras leges, immo verò miſerrimos homines; aut enim nos cõtorquent iura, aut nos leges ipſas collaceramus.

38 Si † ergo ego plures habeam hæredes, finge A. & B. & conueniam cum creditore, vt A. nõ poſſit conueniri pro debito, ſolus B. tenebitur inſolidum; ſi verò cum eodem conueniam, vt ſolus B. conueniatur, nulla erit conuentio ſed B. pro ſola portione hæreditaria poterit conueniri.

Mihi, vt & hoc ingenuè fatear, placet magis *gloſſa in l. Continuus* §. *fin. in verbo Adquiri ff.*
39 *hoc tit. de verb. oblig.* vt † vtroq. caſu conuentio ſit quidem nulla mero iure, ſed vel hæredes ſint tuti ope exceptionis, vel
40 creditor ope † replicationis, quia certè, vt dicit gloſſa, nulla eſt vera ratio diuerſitatis inter vtrumq. caſum.

Neq. officit ratio illa *Bartoli in d. l. Continuus* §. *fin. num.* 9. quòd hæres vltra vires hæreditarias
41 † non repreſentet defunctum, ſed ſit extraneus. Reſpondeo enim ego cohæredũ non teneri inſolidum ratione repreſenta-
42 tionis, ſed ratione † conſenſus in pactum per quaſi contractũ adeundo hæreditatem, quo caſu quilibet extraneus in re propria à teſtatore grauari poteſt, vbi enim adierit hæres tenetur omnino ratione placiti ex quaſi contractu; ita omnes in *l. filius familias* §. *diui ff. de leg.* 1.

Idem prorſus erit ſi quantitas debeatur ſub pignore vel
43 hypotheca, quia † licet perſonalis

nalis diuidatur inter hęredes, hypotheca tamen † indiuidua ſeu indiuiſa pſeuerat, quia eſt tota in † toto, & tota in qualibet parte, ita aduerſus *Franciſcum Aretin. in l. 2. §. ex his, in fin. ff. de uerb. oblig ſenſit Pariſ. in 1. 2. nu. 91. & in 3. par. nu. 25.* quare nō poterit hæres ſoluendo † virilem, pignus, nec etiam pro virili luere, ſed adhuc totum perſeuerat obligatum pignus pro reſiduo *l. hæredes § idem obſeruandum ff. fam. erciſcund. l. In executione ad fin. ff. hoc tit. de uerb. oblig. l. 1. C. de luit. pign. l. quamdiu C. de diſtract. pignor. et l. Actio C. ſi unus ex pluribus hæredib.* quo loco ſi opponas de *textu in l. 1. §. in omnibus C. comm. de legat.* vbi † hypothecaria adeo à perſonali pendet, vt nec vires nec quotā perſonalis excedat. ſtatim *gloſſa ibidem in uerb. In omnibus*, dicit eſſe † ſpeciale in caſu illius legis, & in caſu *l. f. n. C. de debitoribus ciuit. lib. 11.* quæ aūt ſit ratio ſpecialitatis nullibi verbum. Ego dico illud eſſe, quia agitur ibi de hypotheca† tacita, quæ intra omnis æquitatis limites continetur, quippe quæ legalis eſt; rigoroſius enim, & efficaci† ſibi prouidet homo ex te cōuentione, quàm lex prouideat ex benignitate *l. fin. C. de pact. conuent. & in materia hypotheca tex. in l. aſſiduis, ubi gloſſa, & communis ſchola C. qui potior. in pignor. habeant.* Hanc rationem differentiæ non ſolùm ex recitatis deduco, ſed amplius *ex d. l. 1. C. commun. de legat.* ibi: Cum nouellæ conſtitutiones in multis caſibus tacitas hypothecas introduxerint, non ab re eſt & nos in præſenti caſu hypothecariam donare actionem, quæ etiam nullo verbo præcedente poſſit ab ipſa lege induci, &c. ſequitur textus; In omnibus autem huiuſmodi caſibus, in tantum, & hypothecaria vnūquęq. conueniri volumus, in quātum perſonalis actio aduerſus eum competit. Hæc textus.

Ex his vides naufragari axioma *Pariſ. in 1. 2. num. 91.* in illis verbis: quia omnis hypotheca ſiue legis, ſiue hominis eſt tota in toto, & tota in qualibet parte &c. benè .n. determinat de
51 † hypotheca hominis, malè certè de hypotheca legis, ſaltem per modum regulæ.

SVMMARIVM.

1 *ITer fieri factum eſt, non autem ſeruitus ſecundum ſe.*
2 *Iter dari ſeruitus eſt.*
3 *Viam conſtitui ſeruitus eſt.*
4 *Seruitutem conſtitui, Itineris aliquando ſeruitus eſt.*
5 *Iter conſtitui ſeruitus eſt.*
6 *Iter fieri tria continet.*
7 *Iter ſeruitus eſt, & num. 10.*
8 *Ire mihi, agere licere eſt factum affirmatiuum ex parte ſtipulantis. Seu ex alijs eſt ſeruitutis vſus, n. 11.*
9 *Per te non fieri quominus mihi ire agere liceat eſt factum negatiuum ex par-*

parte promittentis.
Siue patientia, num.12.
13 *Ire, ſeu actualis itio eſt vſus itineris.*
14 *Mihi ire licere quid ſit.*
15 *Iter eſt ius eundi ſine proxima ratione facti.*
16 *Ire mihi agere licere eſt ius eundi cum proxima ratione facti.*
17 *Iter, & Per te non fieri &c. differunt realiter.*
18 *Ire mihi, agere licere, & Per te non fieri, differunt anomalo modo.*
Habentq. diuerſam rationem formalem, num.20.
19 *Text. in l. 2. §. Item ſi in facto ff. de verb. oblig. declaratur.*
21 *Paria ſunt vtilitate inſpecta ſtipulari Iter, Mihi ire agere licere, & Per te non fieri.*
Inducitur per ſingula, num.22.
23 *Iter facere ſignificat aliquando ſternere, conſtruere, adæquare, complanare.*
Quo caſu eſt factum affirmatiuũ ex parte promittentis, num.24.
25 *Iter facere in noſtro textu eſt ſternere ex alijs.*
Quos iuſtè reprehendit Alciat. n.26.
Conciliantur opiniones, num.27.
28 *Iter fieri, formaliter importat factum affirmatiuum ſtipulantis.*
Realiter importat etiam factum negatiuum promittentis, num.29.
30 *Seruitutum natura quæ.*
31 *Iter fieri qui ſtipulatur, omnia ſtipulatur, quæ ad eam ſeruitutem conſtituendam, vel conſeruandam pertinent.*
Sed & quæ de eius vſu ſunt, aut quaſi poſſeſſione, num.32.
33 *Iter fieri nõ intuetur hominis ſolatiũ.*
Sed alterius prædij vtilitatem, nu.34
Niſi deducatur per modum cuiuſdam pacti, num.36.
Quia erit quædam quaſi ſeruitus perſonalis, num.37.
35 *Iter fieri clerico conceſſum ad ſucceſſores protenditur.*
38 *Iter fieri, & Per te non fieri, non differunt comprehenſiuè.*
Præcisè tamen differunt, num.39.
40 *Iter fieri refertur ad ſtipulatorem.*
41 *Stipulatio Per te non fieri refertur ad promiſſorem.*
42 *Imperſonalitas vtraque eſt in ſtipulatione Iter fieri*
43 *Perſonalitas vtraque eſt in ſtipulatione Per te non fieri.*
44 *Iter fieri importat ſeruitutem ex alijs.*
Vel potius executionem ſeruitutis, num.45.
46 *Imperſonalitas ex perſona ſtipulantis non vitiat ſtipulationem Iter fieri.*
Ratio affertur directa. num.47.
Ratio item ad euitandum abſurdum, num.48.
Alia ratio adducitur, num.49.
50 *Senſus duplex vbi adeſt, amplectendus eſt ſenſus à iure approbatus.*
51 *Text. in l. veteribus ff. de pact. procedit, quia verba habent duplicem ſenſum à iure approbatum.*
52 *Imperſonalitas ex parte promittentis non vitiat ſtipulationem Iter fieri.*
Ratio affertur, num. 53.
54 *Imperſonalitas in verbo obligatiuo ex perſona promittentis vitiat ſtipulationem ex Bartolo.*
Contrarium ſentit Author, num. 55.
56 *Textus in Auth. Si quando C. de cõſt. pecun. expẽditur aduerſus Bartolũ.*
57 *Imperſonalitas non vitiat ſtipulationem Iter fieri, licet importaret factum, & ſeruitutis executionem.*
Ratio affertur, num.60.
Sed melius, num.65.
58 *Imperſonalitas in verbo executiuo nõ vitiat ſtipulationem ex communi.*
Sed iura repugnant, num. 59.
61 *Executiuum verbum refertur ad anterio-*

riorem obligationem.

Libellus impersonaliter cōceptus, etiā in ordine ad verba executiua, non eſt vitioſus.

Ratio, num. 63.

quidem ſolo fauore iudicij aduerſus Roman. num. 64.

Anterioritas duplex, temporis, & naturæ.

ter fieri indiuiduum eſt.

Ratio affertur, & reijcitur, num. 68.

Affertur alia & approbatur, num. 69

eruitus per tempora diuidi poteſt.

Sed potius eſt diuiſio commoditatis, num. 71.

Vel modificatio, num 72.

Vel multiplicatio, num. 73.

er fieri quare ſit indiuiduum.

er ſi concedatur ad vehendam vindemiam, in partem peccari poteſt.

Ratio affertur, num. 76.

ommodiças ſeruitutis diuidua eſt.

ierum & horarū interualla ad modum pertinent.

ruitutum vſus temporibus ſecerni poteſt.

ommoditatis in partē peccari poteſt.

deoq. pœna partem tātum committi, num. 81.

r fieri factum ſemper indiuiduū eſt.

xt. in l. In executione, in fin. prin. ff. de verb. oblig. declaratur.

na in noſtro textu, nihil habet commune cum intereſſe.

ARGVMENTVM.

er fieri, an factum ſit, an uitus; An affirmatiuum perſona potius ſtipulaⁱs, quàm promiſſoris; diuiduum, an indiuiduum; Quid ſi ad vehendā vindemiam. Imperſonalitas an ſtipulationē vitiet, ſiue verbo addatur obligatorio, ſiue executiuo adijciatur.

Indiuiduum ſit, veluti Iter *fieri.*

SECTIO V.

Hoc loco dum plerique ſatisfactum iri exiſtimant difficultati ſi de ſola inueſtigent veritate diuiduitatis, vel indiuiduitatis huius ſtipulationis *Iter fieri*, eā, & quidem vnicam examinant quæſtionem, An *Iter fieri* diuiduum ſit, vel indiuiduum.

Ego verò ſubiſcio has inſpectiones, quarum eſt.

Prima an *Iter fieri* ſit ſeruitus, vel factum.

Secunda an *Iter fieri* ſit factū affirmatiuūm promittentis, an verò potius ſtipulantis.

Tertia an ſtipulatio *Iter fieri* ſit eadem cum illa ſtipulatione, *Per te non fieri quo minus mihi ire agere liceat.*

Quarta an *Iter fieri* diuiduū ſit, vel Indiuiduum. Quod reſpicit primam Inſpectionem, An *Iter fieri* ſit ſeruitus, vel factum.

Sum ego cum eorum ſententia, qui velint hanc ſtipulationem,

1 nem, *Iter fieri* factum † eſſe non
autem ſeruitutem , quod per
plura iura uoluit *Alciat. hic à
nu. 10.* quæ ego iura non exami-
no vlterius cum noſter §. Cato,
expreſſis verbis id proponat ,
ibi : Ab omnibus , ſi id factum
de quo cautum eſt , indiuiduũ
ſit, velut *Iter fieri*. Cùm enim iu-
ra de Itineris ſeruitute loquun-
tur, nõ vtuntur illo dicendi ge-
2 nere *Iter fieri* ſed † Iter dari *l. ſi
vnus ex ſocijs ff. de ſeruit. ruſt. præ-
3 dior.* viam † conſtitui, *l. via con-
4 ſtitui ff. eod.* conſtitui † ſeruitu-
tem *l. Labeo ait ff. de ſeruit. ruſt.
5 prædior.* conſtitui † iter, *l. uia iter
ff. de ſeruit.* quo loco maximam
tantæ difficultati adderem iniu
riam, niſi commonerem , quòd
in qualibet ſeruitute affirmati-
6 ua, qualis eſt ab hoc † facto af-
firmatiuo præſuppoſita, ſcilicet
Iter fieri, tria ſunt &c. *Iter fieri*,
tria ſunt. Primo ſeruitus, Secũ-
do factum affirmatiuum ex par
te ſtipulantis, Tertio factum ne
gatiuum ex parte promittentis
7 ſcilicet Iter , & hæc † ſeruitus
eſt. Mihi ire, agere licere, & hoc
8 † eſt factũ affirmatiuum ex par
te ſtipulantis tandem, Per te nõ
9 fieri † quominus mihi ire agere
liceat quod eſt factũ negatiuũ
ex parte promittentis , aut pa-
tientia . Etenim qui ſtipulatur
ſeruitutem, tria ſtipulatur, Iter
puta; Vt ſibi ire agere liceat; vt
per reum non fiat quominus ſi-
bi ire, agere liceat *l. quotiens, nec
hominum §. ſeruitutum non ea natu-
ra, ff. de ſeruit. l. quotiens via ff. eo.
l. ſtipulatio iſta habere licere ſpon-
des, in prin ff. de verb. oblig.*

Alio nomine hæc tria in iure
ex nonnullorum ſententia ap-
pellantur , ſeruitus , ſeruitutis
10 vſus, patientia. Iter eſt † ſerui-
tus *l. ſtipulationes non diuiduntur
in prin. ff. de verb. obl. g. l. 1. ff. de ſer-
uit. ruſt. præd.* Mihi ire, agere lice
11 re eſt † ſeruitutis, vſus *l. viæ, iti-
neris ff. de ſeruit.* Per te non fieri
12 &c. eſt † patientia *l. quotiens nec
hominũ §. ſeruitutũ ff. eod.* Sed cer
13 tè aliud † eſt ipſum ire ſeu
actualis itio, qui verè eſt vſus
14 itineris, aliud eſt Mihi † ire li-
cere quod eſt facultas deducẽ-
di Iter, ſeu ius eundi, in actum
& exercitiũ. Niſi dixeris, quòd
Mihi ire agere licere eſt vſus
Itineris deſtinatiuè in actu pro
ximo .

Si quis verò à me ſcire velit
quid interſit inter hæc tria Iter,
Mihi ire, agere licere; Per te nõ
fieri quominus mihi ire , agere
liceat . Ego is ſum, qui ſentiã:
Iter , & Mihi ire agere licere ,
differre ratione tantùm, ſcilicet
15 vt Iter ſit ius † eundi ſine pro-
xima ratione facti , & ſine ad
oculum deſtinato Itionis actu ;
At verò Mihi ire agere licere ,
16 ſit idem ius † eundi cum pro-
xima, & ad oculum deſtinata iã
ratione facti , & Itionis actu .
Iter, & Per te non fieri, quin mi-
17 hi ire agere liceat : differunt †

rea-

realiter; quia non ſolùm intellectu; ſed & re ipſa datur ſeruitus Itineris ſine patientia domini fundi ſeruientis de facto. At verò Mihi ire agere licere, & Per te non fieri: differunt † anomalo modo; quatenus enim Mihi ire agere licere ſolam infert iuris facultatem ſine vlteriori vſus Itineris deſtinatione ad actum proximum, & ipſum differt realiter à ſtipulatione illa: Per te non fieri. quatenus verò dicit deſtinationem vſus Itineris in actu proximo, & deſtinato in exercitio, differt tãtùm formaliter, cùm non poſſim ego realiter Iter facere, ſi tu realiter facias quin mihi Ire liceat quare & † *tex. in l.2. § item ſi in facto ff. de verb. oblig.* ſi rectè intuearis, quod ex parte promittentis illiuſq. hæredum dicit: Per te non fieri, neque per hæredem tuũ quominus mihi ire, agere liceat; illud idem ex perſona ſtipulatoris eiuſq. hæredũ repetit: ſibi hærediq. ſuo agere licere. Alia tamen eſt ratio formalis † vt Mihi ire liceat; alia ratio formalis Per te non fieri quin mihi ire liceat.

Hæc verò vt videas quiſnam purus I.C. impurus verò Philoſophus hæc poſſit capere, nonlum verò alios docere.

Cæterum in foro, & in actu practico, ijdem prorſus † conſequuntur effectus ſiue quis ſtipuletur Iter quæ eſt ſeruitus; ſiue Mihi ire licere; ſiue tandẽ Per te non fieri quin mihi ire
22 liceat. Dũ enim ſtipulor † Iter, in neceſſarium conſequens, & vſum Itineris ſtipulor *l. via itineris ff. de ſeruit.* & præterea promittentis patientiam *l. quotiens nec hominum §. ſeruitutium ff. eod.* Dum ſtipulor Mihi ire licere; ſtipulor in neceſſarium antecedens Iter, in neceſſarium conſequens Per te non fieri quin mihi ire liceat *l. ſtipulatio iſta 38. ff. de uerb. oblig.* vbi ait Vlpianus: ſtipulatio iſta habere licere ſpondes; hoc continet vt liceat habere, nec per quenquam omnino fieri quominus nobis liceat habere. Dum tandem ſtipulor Per te nõ fieri quin min' mihi ire agere liceat, & Iter ſtipulor vt in *noſtro* §. Cato, & præterea ſtipulor mihi ire agere licere *l.2 §. Item ſi in facto, & l.3. in prin. ff. tit. n. de uerb. oblig.* quare & qui ſtipulatur iter fieri ſtipulatur ſeruitutem itineris non formaliter ſed realiter, & in effectu, vt ita intellecta cõmunis opinio deducta à *l. fin. ff. comm. prædior.* malè meo quidem iudicio reprehenditur ab *Alciat. in hoc* §. *Cato, nu.* 17.

Quod attinet ad ſecundam inſpectionem, An iter fieri ſit factum affirmatiuum promittentis, an verò potius ſtipulantis.

Si iter facere in caſu *noſtri* §.
23 *Cato*, idem eſſet quòd † ſterne-

H 2 re,

Digitized by Google

re, quòd conſtruere, quòd adæquare ſiue complanare, quomo do ponitur *in l. ſi iter legatũ ſu ff. de ſeruit. in l. Aediles Curules ff. de uia publ. in l. ueteres ff. de Itin.* actuq́. priuat iam res plana eſ-
24 ſet Iter fieri fore factum† affirmatiuum ex parte promittentis, *l. vbi autem* §. *qui id quod ff. de*
25 *uerb. oblig.* id quod arriſiſſe† videtur aliquando Caſtrenſi, Alexandro, & modernioribus quibuſdam, quos rectè implicitè reprehẽdit *Lælius Taurellus* hic, qui tamen nullam iuſtæ reprehenſionis rationem affert, ſed
26 & eos † reprehendit *Alciat. hic num.* 17. *qui num.* 18. iuſtæ reprehenſionis iuſtiſſimam allegat rationem, nempe quia cum hoc factum ſit indiuiduum aut vnus ſternet, & alij cohæredes in pœnam non incident cùm ſtipulatoris non interſit; Aut nullus ſternet, & omnes incident in pœnam ex facto proprio, quia omnes contraueniunt, in textu autẽ præſupponitur vnius culpa omnes hæredes teneri, non autem eorum quẽlibet ex propria culpa. Cæterum ſi Iter fieri capias nõ pro ſeruitute pro-
27 pria, ſed pro † iure quopiã nõ diſplicet quod voluit *Ripa hic num.* 5. vt ſi ſtipulator ſtipuletur Iter fieri à promiſſore per fundum promiſſoris importet ſeruitutem, ſi verò per fundum ſtipulatoris ſit promisſio meri facti de ſternendo, & aptando locum.

Illa ergo ſtipulatio Iter fieri
28 † formaliter, & præcisè importat factum affirmatiuum ſtipulantis, vt mihi ire liceat, cum ex proprietate ſermonis Iter fa-
29 cere, ire ſignificet, Realiter † tamen, & in neceſſarium conſequens ſignificat etiam factum negatiuũ promittẽtis, ſcilicet, Per te nõ fieri, *noſtro* §. *Cato*, ibi: Differentiæ hanc eſſe rationem &c. *& l. Vbi autem*, § *qui id quod ff. de verb. obl. g.* vel etiam eiuſdẽ promittentis patientiam *l. quotiens nec hominum* § *ſeruitutium ff. de ſeruit.* ſeruitutiũ, inquit tex-
30 tus non † ea natura eſt vt aliqd faciat promiſſor, veluti viridia tollat, aut amœniorem proſpectũ præſtet, aut in hoc vt in ſuo pingat: ſed vt aliquid patiatur, aut non faciat.

At verò, quod vtilitatem cõ-
31 tingit, qui Iter fieri ſtipulatur† omnia ſtipulatur quæ ad eam ſeruitutem prædialem vel conſtituendam pertinent, vel conſtitutam conſeruandam, ſed &
32 ea quæ de eius † vſu ſunt, aut quaſi poſſeſſione, *Pariſ. hic par.* 3. *num.* 515. Scias amplius, quòd licet ſtipulatio Iter fieri contineat factum affirmatiuum ſtipulatoris, & negatiuum ſeu patiẽtiam promiſſoris, attamen ſtipulatio illa non intuetur homi-
33 nis † ſolatiũ, ſed hominis opus propter prædij commodũ, quare, & ſtipulationem ſeruitutis pre-

Digitized by Google

prædialis eam denominauim', ideoque *textus in l. Vt pomum, in prin. ff. de ſeruit.* ita habet: vt pomum decerpere liceat, & vt ſpatiari & vt cenare in alieno poſſimus, ſeruitus imponi nō pót. Vbi Bart. affirmat ſeruitutem imponi non poſſe prædio, quæ
4 non reſpiciat vtilitatem † alterius prędij, & eam ob rem dū longa controuerſia eſt de qua *doctores in l. Ciuibus ff. de reb. dub.* an facultas conceſſa clerico ſit perſonalis, & cum moriente clerico extinguatur an verò ſit potius realis, & ad eccleſiam protendatur, ideoq. ad ſucceſſores producatur, illud certū eſſe affirmat *Bart. ibid. num.* 4. quod ſi
35 concedatur clerico Iter † fieri, priuilegium illud non intuitu perſonæ ſed prędij eccleſiaſtici conceſſum fore, ideo ad ſucceſſores protrahi.

Quę tu intellige vera ſi ſtipulemur Iter fieri per modum ſeruitutis, ſecus ſi per modum cu-
36 iuſdam pacti† quia Iter fieri, & per te non fieri reſpiciet perſonam cum perſona extinguetur, & erit quædam quaſi ſeruitus
37 † perſonalis *l. ſi quis binas ff. de vſufruct. gloſſ. in l. vt pomum, in uerbo non poteſt ff. de ſeruit.*

Quod verò pertinet ad tertiam inſpectionem, An ſtipulatio Iter fieri ſit eadem cum illa ſtipulatione, Per te non fieri quomin' mihi ire, agere liceat. Atque *Parſ. hoc loco par. 3. nu.* 515. *in fin.* ſtatuit eas ambas for
38 mulas non † differre, ſed Iter fieri, & per te non fieri quominus mihi ire agere liceat, eſſe vnam, & eandem numero ſtipulationem; quod dum ibi pręſupponitur intelligendum comprehenſiuè, libentiſſimè acquieſco, & iam nos ſuperius hac eadem in ſectione declarauimus hoc, & ſupponit noſter Cato hic.

39 Cæterum differunt † nimis, cum iter fieri, ſit ſtipulatio conſiſtens in faciendo; at verò Per te non fieri, conſiſtit in non faciendo *l. Vbi autem § qui id quod ff. hoc tit.* quæ ſtipulationes tantum abeſt vt vnum ſint numero vt potius duas ſtipulationū diſtinctas conſtituant ſpecies, *gloſſ. & dd. omnes in l. 1. in prin. ff. hoc tit. de uerb. oblig.* quæ tamen præter naturalium morem coeunt in iure ciuili, connexiuè tamen vel comprehenſiuè; quia ſtipulatio in faciendo conſiſtēs dat facultatem ſtipulanti quæ verò in non faciendo interdicit impedimentum promiſſori, in ordine ad idem, quare & in
40 ſtipulatione Iter † fieri, verba referuntur ad ſtipulatorem, in
41 ſtipulatione verò Per te † non fieri, verba referuntur ad promiſſorem.

Hinc vtiliter habes non differre effectualiter ſtipulationē imperſonalem, Iter fieri; à ſtipulatione perſonali, Per te nō fieri quin

quin min' mihi ire,agere liceat
ſiue ſtipulationis imperſonali-
tas ſit ex perſona ſtipulantis,ſi-
ue ex perſona promittẽtis,quæ
42 † imperſonalitas vtraq́. eſt in
ſtipulatione illa, Iter fieri dum
43 vtraq. † perſonalitas eſt in ſti-
pulatione illa Per te non fieri ,
quin min' mihi ire agere liceat.
Quod ita probo ad excitãdas ,
& ſopiendas omnes difficulta-
tes .

Vel enim vis verba illa Iter
fieri importare obligationem ,
44 puta† ſeruitutem quod pleriq́.
hic autumarunt;vel mauis im-
45 portare factum , & † executio-
nem ſeruitutis, quæ communis
videtur,& tunc .

Dico primo:ſi ſtipulatio illa,
Iter fieri importat obligationẽ,
46 quandiu † imperſonalitas eſt
ex perſona ſtipulantis,ea nullo
pacto vitiat ſtipulationem,*Bart.
in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita num.
1. ff. de verb. oblig. Idem Bart. in l.
fin. § Labeo, num. 1. & 2. ff. ſi cert.
pet. & eſt text. vbi gloſſ. in verb.
Tranſire, in d. l. ſtipulatio iſta §. ſi
quis ita ff. de verb. oblig.* Cuius de-
ciſionis duplex poteſt ratio aſ-
ſignari,directa altera,altera ad
euitandum abſurdum . Directa
47 † certè , quoniam quilibet ſibi
præſumitur ſtipulari *l. ſi ita ſti-
pulatus la 6. §. Chryſogonus ff. de
48 verb. oblig.* Ad euitandum † ab-
ſurdum,quia ſcilicet nemo po-
teſt alteri ſtipulari *l. ſtipulatio
iſta §. alteri ſtipulari ff. de verb.
oblig. l. vt inter C. de Inutilib. ſti-
pul. & §. alteri Inſt. eod. de Inutil.
ſtipul.* ſibi ideo ſtipulari cenſetur *l.
quoties la 2. ff. de reb. dub.* Et equi-
49 dẽ optima † alia ratione, quo-
ties enim conuentionis verba
duplicem habent ſenſum, quo-
rũ alter ſit à iure approbatus,
alter verò reprobatus , ſemper
illum amplectimur ſenſum , &
50 intellectũ,qui ſit à iure† appro
batus,reprobum verò,& nos re
probamus , ita certè in materia
ſtipulationis quã pertractamus
*text. in l. cum qui Kalendis ff. de
verb. oblig. text. in l. quoties la 2. ff.
eod. gloſſ. 3. in l. veteribus ff. de pact.*
dum igitur quiſpiam imperſo-
naliter ſtipulatur,illius ſtipula-
tionis duplex eſt ſenſus , quòd
ſibi, quòd alijs; alijs nõ poteſt,
quia hic eſt ſenſus à iure repro
batus; igitur ſibi qui eſt noſter
intellectus approbatus à iure ,
ex quibus vides euitatam dif-
ficultatem *text. in l. ueteribus ff.
de pact.* quo loco ſcribit I.C. ver
ba dubia interpretari aduerſus
proferentem ; illud enim ideo
eſt eo in reſponſo , quia verba
51 dubia habent † duplicem ſen-
ſum approbatũ vtrumq́. à lege,
noſter verò caſus verſatur in du
plici ſenſu, altero à iure appro
bato, altero verò reprobato.

Dico ſecundò : ſi ſtipulatio
illa, Iter fieri importat obliga-
tionem, quandiu etiam imper-
52 ſonalitas eſt ex parte† promit-
tentis,ea adhuc nullo pacto vi-
tiat

tiat ſtipulationẽ; hic verò ſum
cum *Decio in l. fin.* §. *Labeo, num.*
18. *ff. ſi cert. pet.* adducit ipſe
fundamentum, & quidem non
contemnendum *ex l.* 1. §. *ſi quis*
ſimpliciter. ff. tit. n. de uerb. oblig. &
§. *præterea Inſt. de Inutilib. ſtipul.*
cui addo ego non modò neceſſariam
authoritatem noſtri §. *Cato*, ſed ẽt
53 † rationem ex regula *textus in*
l. ueteribus ff. de pact. quia ſcili-
cet dubia verba, vel ambigua
aduerſus eum interpretantur,
qui legem potuit apertius di-
cere.

Scio ego, quòd *Bart. in l. ſtipu-*
latio iſta §. *ſi quis ita, num.* 2. *ff. de*
uerb. oblig. & in l. fin. § *Labeo n.* 1.
& 2. *ff. ſi cert. pet.* voluit, vt imper
54 ſonalitas in verbo † obligati-
uo ex perſona promittentis vi-
tiaret ſtipulationem, cuius opi
nionem teſtatus fuit communẽ
Decius in d. §. *Labeo, nu.* 16.

55 Sed ſcio etiam, quòd tota †
vis, Omniſq. authoritas Barto-
li poſita eſt *in tex. Auth. ſi quando*
C. de conſt. pecun. Illi verò Authẽ
ticæ dũ conatur multis modis
ſatis facere Decius, nihil agit.

56 Ego autem † dico textum illũ
perperam ad hoc dictum addu
ci, quando textus ille loquitur
de impſonalitate in verbo exe-
cutiuo, non certè in verbo obli
gatiuo. Sin autem, inquit tex-
tus, dixerit: ſatis fiet: verbo im-
perſonaliter prolato, non tene-
bitur. qua de re agendum erit
in proximo dicto.

Dico tertiò: ſi ſtipulatio illa,
Iter fieri, importat factũ, & ſer-
57 uitutis † executionem, adhuc
imperſonalitas illa ſtipulatio-
nem non vitiat. Non quidẽ ex
vi regulæ, falſum eſt enim quod
opinatus fuit *Bartolus in d.* §. *ſi*
quis ita, et in d §. *Labeo*, vt ſcilicet
58 imperſonalitas in verbo † exe-
cutiuo non vitiet ſtipulationẽ,
hæc enim opinio licet commu-
59 nis pugnat † cum *textu in auth.*
ſi quando C. de conſtit. pec. quem
malè gloſſat pro communi *Dec.*
in d. §. *Labeo, nu.* 15. vt ſcilicet lo
cum habeat in cõſtituto, in quo
non aderat ſtipulatio. Neque
enim imperator ibi vim facit in
conſtituto, ſed quia verbum il-
lud imperſonaliter prolatũ eſt;
en verba textus; ſin autem di-
xerit ſatis fiet, verbo imperſo-
naliter prolato, non tenebitur.
Dico tamen ſtipulationem illã,
Iter fieri, nõ eſſe vitioſam, licet
ſignificet factum, & ſeruitutis
60 executionem, ea † ratione quia
vbi adeſt obligatio anterior,
61 verbum executiuum † ab ea pẽ
det, ad eam refertur, atq. ideo
vtilis eſt ſtipulatio, vt ita deter
minaſſe *Rotam Genuenſem eadem*
Roſa teſtatur deciſ. 175. *Iuſtis, n.* 11.
quo & illud pertinet quòd li-
belli imperſonaliter concepti,
62 etiam in ordine ad † verba exe
cutiua non ſunt vitioſi, Sed ſu-
ſtinentur *Bart. in l. Competit* §. *in*
ſumma, nu. 1. *ff. quod ui aut clam.*
Idẽ in l. edita. n. 4. *C. de edend.* quo-
niam

Digitized by Google

niam imperſonalitas in verbis
63 executiuis libelli † præſuppo-
nit obligationem actiuam ex
parte actoris,& paſſiuam ex par
te rei *l. circa ff. de probat. l. qui accuſare* C. *de edend. iuncto textu in l.licet* §.*ea ff. de procurat.* non
64 quidem ſolo fauore † iudicij,
quod opinatus fuit *Roman.conſ.* 186. *In caſu,in prin.* cùm ergo ſti-
pulatio Iter fieri comprehẽdat
omnem ſtipulationem ſuper ea
ſeruitute prædiali, vel conſti-
tuenda,vel conſtituta conſeruã
da, vel de eius vſu, aut quaſi
poſſeſſione quod firmauimus
propè finem ſecundæ inſpe-
ctionis, conſequens eſt vt qui
ſtipulatur Iter fieri, in antece-
65 dens ſtipuletur & † ſeruitutẽ,
ideoque valida eſt ſtipulatio p
verba imperſonalia etiã in ver-
bis executiuis, quia adeſt obli-
gatio ſeruitutis anterior ſi non
66 anterioritate † tẽporis, at cer-
tè anterioritate naturæ.

Quod tandem pertinet ad
quartam inſpectionem An Iter
fieri ſit diuiduũ vel indiuiduũ.

Nihil prorſus ſupereſt diffi-
67 cultatis Iter fieri † indiuiduum
eſſe noſtro §. Cato; quo tamen
loco ſi de ratione ſit agendum
68 non ſatis † placere poſſunt ij,
qui dicunt Iter fieri ideo Indi-
uiduum eſſe,quia omnes ſerui-
tutes indiuiduæ ſunt vſufructu
excepto, quare, & Iter ſeu Iti-
neris ſeruitus indiuidua eſt *l. ſeruitutes non diuidun ur,in princi-
pio ff.hoc tit.de verb.oblig.* nec .n.
ideo Iter fieri indiuiduum eſt
quia Itineris ſeruitus ſit indi-
uidua, ſed ideo Itineris ſerui-
tus indiuidua eſt, quia Iter fie-
ri, ſeu Iter facere, ſeu Ire indi-
uiduum eſt, ita ſanè *textus in l. uia, itineris, ff. de ſeruit.* Viæ, in-
quit textus,itineris,actus,aquę
ductus pars in obligationem
deduci non poteſt, quia vſus
eorum indiuiſus eſt: Neque .n.
69 quis † poteſt pro parte ire &
pro parte nõ ire ſimul & ſemel,
aliàs quod omnino impoſſibile
eſt,idẽ ſimul iret,& quieſceret.

Poteſt tamen hæc ſeruitus p
70 † tempora diuidi, vt hodie Ire
liceat, craſtina die non liceat,
l.uia ff.de ſeruit.l.2.& l.5. in prin. ff. de aqua quotid.& aſt. quam ta-
men ne opineris eſſe ſeruitutis,
71 aut vſus diuiſionem, ſed † vel
diuiſionem commoditatis, vel
72 ſeruitutis † modificationem *l.* 4. §. *modum ff. de ſeruit.* qua de
re fuſius agẽdum erit proxima
ſectione. Vbi verò videas non
eſſe modificationem ſed potius
diuiſionem, dicas tu eo caſu
neutrum eſſe,nec ſcilicet modi
ficationem nec diuiſionem ſed
73 ſeruitutum † multiplicationẽ,
plures ſcilicet diuerſarum cauſ
ſarum ſeruitutes *l.ſi prius noſtur na, in prin.ff.de aq.pluu.arcend.*

Hinc ideo vides non poſſe
peccari in partem, ſed potius
74 in totum,ideoque in † ſtipula-
tione illa Iter fieri, ſeu Per te
non

Digitized by Google

non fieri, quin mihi ire agere liceat, aut nihil peccari, aut totum; ideoq; vel nullam committi pęnam, vel integram; vt *tex. eſt in noſtro §. Cato.*

Quo loco Pariſ. apud me correctus dum noua molitur, non diſplicet in hypotheſi propoſitaq. facti ſpecie, diſplicet verò in theſi; & in vniuerſali theorica, quam ibidem apponit. Ait enim hìc in *3. par. num. 175.* Fac me ſtipulatũ per te nõ fieri quominus eam, & agam ad vehendum vindemiam meam, vel meſſes duorum iugerum ſub pœna centum; Tu Iter conceſſiſti ad dimidiam vindemiæ partẽ, ad meſſes iugeris vnius, ad re-
75 liquum prohibuiſti, in † partẽ peccaſti, igitur quinquaginta tantùm nomine pœnæ commiſiſti. Hoc verò probat, primò, quia ſtipulatoris intereſt tantũ pro dimidia; ſecundò quia *in l. In executione, in fine principij ff. hoc tit. de verb. oblig.* ideo ſolida, & integra ab impediente iã ſtipulatam Itineris ſeruitutem committitur pœna, quia non in partem, ſed in totum prohibet, qui Iter Impedit. Infert ideo, quòd qui prohibet Iter impediendo in partem non in totũ, partem tantùm pœnæ committit, quicquid, inquit ipſe, omnes ad uſq; putauerint.

Laudo ego facti ſpeciẽ, reijcio tamẽ illationem; facti enim ſpecies continet pœnam non ſimpliciter in ordine ad ſeruitutem Itineris, ſed in ordine ad commoditatem ſeruitutis primò, & principaliter, ſcilicet
76 Iter ad † vehendam vindemiã, meſſesvè duorum iugerum. Cõ-
77 moditatem † verò ſeruitutis qs neſcit eſſe diuiduam? *l. via ff. de ſeruit. l. 2. l. 5. in princip. ff. de aqua quotid. & æſt.* Sed nihil commune ratione diuiduitatis, vel indiuiduitatis inter ſeruitutẽ, & cõmoditatem ſeruitutis, ait enim I. C. *in l. ſeruitutes ipſo quidem §. Interualla ff. de ſeruit.* quod
78 † Interualla dierum, & horarũ, non ad temporis cauſſam, ſed ad modum pertinent iure conſtitutæ ſeruitutis, & *text. in l. via*
79 *ff. eod.* Vſus ſeruitutum † temporibus ſecerni poteſt, fortè, vt quis poſt horam tertiam, vſque in horam decimam eo iure vtatur, vel alternis diebus vtatur.
80 Ideoq; in partem † commoditatis peccari poteſt, eaque ra-
81 tione pars † tantum pœnæ cõmitti. Verùm Iter fieri, ſeu Per te non fieri vt ſimpliciter ad
82 ſeruitutem pertinet ſemper † factum indiuiduum eſt *noſtro §. Cato, & eademmet l. In executione in fin. principij ff. de verb. obl.* nec enim ibi dum textus dicit: Non tamen in partem prohibeor: a-
83 git † conditionaliter, ita vt in ſeruitute Itineris aliquãdo peccari poſſit in partem, aliquando peccetur in totum; ſed agitur ibi præcisè, quod in illud factũ,

Iter fieri,ſeu Per te nō fieri quo minus,eā agam: non poteſt pec cari pro parte, ſed inſolidum.

Quod verò dicit Pariſ.de intereſſe ſtipulatoris,hùc nō pertinet cùm de ſola agatur pœna
84 quæ nihil noſtro † caſu commune habet cum intereſſe *l.ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verb. oblig. §. non ſolùm, Inſt. eod. §. alteri Inſt. de Inutil. ſtipul.*

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes reales, ſeu prædiales, quatuor, ſupponunt.*
2 *Seruitutes reales, ſeu prædiales ſupponunt ſemper fundum dominantem, & fundum ſeruientem.*
3 *Seruitutem prædialem ſtipulans ſine commodo fundi dominantis, nihil agit, ſaltem in vim propriæ ſeruitutis.*
Quare conuentio vt mihi liceat ſpatiari, vel in alieno cœnare, eſt perſonalis anomala, num. 4.
Vel potius quoddam ius ex conuentione, & pacto, num. 5.
6 *Prædium dominans in acqua ducenda, dicitur fundus imus.*
Et ſeruiens, fundus ſupremus, nu. 7.
8 *Prædium dominans in aqua arcenda, eſt fundus ſupremus.*
Et ſeruiens, fundus imus, num. 9.
10 *Prædium dominans eſt aliquando vlterius prædium.*
Et ſeruiens, citerius, num. 11.
12 *Seruitus prædialis reſpectu fundi dominantis ſemper eſt indiuidua pro indiuiſo*
Diuidua verò pro diuiſo, num. 13.
14 *Seruitus per partes neq; imponi, neq; acquiri poteſt.*
15 *Seruitutis diuiſio ad partem fundi pro indiuiſo ideo fieri non poteſt, quia verè diuiditur ſeruitus.*
Pro diuiſo poteſt, quia ſeruitus non diuiditur, ſed modificatur, nu. 16.
Alia redditur ratio, num. 17.
18 *Irrigatio fieri non poteſt pro parte pro indiuiſo.*
At certè pro diuiſo, num. 19.
20 *Textus in l. Vnus ex ſocijs, in princip. ff. de ſeruit. ruſt. præd. declaratur.*
21 *Textus in l. ſi quis ædes §. ſi partem prædij ff. de ſeruit. ruſt. præd. declaratur.*
22 *Textus in l. Vt pomum §. ſi prædium ff. de ſeruit. declaratur.*
23 *Textus in l. Vnus ex ſocijs, in princip. ff. de ſeruit. ruſt. prædiorum, non eſt intelligendus de communione facta pro diuiſo.*
Ratio redditur multiplex, num. 24.
25 *Paries communis ad diuidendum, in dubio præſumitur communis pro diuiſo.*
Ratio affertur, num. 26.
27 *Communis res ad vtendum, fruendum, gaudendum, in dubio eſt communis pro indiuiſo.*
28 *Commune aliquid eſſe, aliquid verò communicatum longè differunt.*
29 *Seruitus quando extinguatur.*
30 *Seruitus extincta, nominatim rurſus imponenda eſt, alioquin liberum venit.*
31 *Mea res mihi quando ſeruire non poſſit.*
Declaratur, num. 32.
Declaratur adhuc, num. 33.
Ratio aſſignatur, num. 34.
35 *Seruitus prædialis, ratione fundi ſeruientis quomodo diuidi poſſit, vel modificari.*
36 *Aqua non diuiduntur penes ſeruitutē.*
Modificantur tamen, num. 37.
38 *Via eſt lata octo pedes in porrectum quid*

quid ſi ex pacto fiat anguſtior? n.39.

40 *Inſtrumentum indiuiduum facit ſeruitutem indiuiduam.*

41 *Inſtrumentum diuiduum facit diuiduam ſeruitutem.*

Vel potius cōmodū ſeruitutis, nu. 42.

43 *Commoditatis reſpectu omnes ſeruitutes diuidi poſſunt.*

Vel potius modificari, num. 44.

45 *Indiuiſibile immutabile id ipſum eſt.*

46 *Seruitutes non ſolum indiuiduæ ſunt, ſed etiam indiuiſibiles, & quomodo.*

47 *Limites ſeruitutis egredi non licet, etiam auctis prædijs.*

48 *Seruitutes vrbanorum prædiorum indiuiduæ ſunt omnes.*

49 *Vſusfructus diuiduus eſt.*

50 *Seruitus illa ne luminibus officiatur, diuidua eſt ex alijs.*

Infertur. num. 51.

Ratio adducitur num. 52.

53 *Seruitus illa Ne luminibus officiatur, indiuidua eſt ex Authore.*

Infertur num. 54.

Ratio affertur, num. 55.

56 *Pœna nullam ſupponit æquitatem.*

57 *Pœna in illa ſtipulatione Ne luminibus officiatur, interdum diuidua eſt.*

58 *Seruitutes tot ſunt aliquando, quot lumina.*

59 *Lumina interdum penes ſolam commoditatem conſiderantur.*

60 *Seruitus oneris ferendi diuidua eſt ex nonnullis.*

61 *Text. in l. & ſi fortè §. ſi ædes plurium ff. ſi ſeruit. vind. expenditur.*

62 *Græci quidam exiſtimarunt ſeruitutem oneris ferendi eſſe diuiduam.*

63 *Seruitus oneris ferendi non eſt diuidua.*

64 *Indiuiduitas prædialium eſt ex prædio dominante.*

65 *Seruitutes reales conſtituuntur ſecūdum indigentiam prædij dominantis.*

66 *Indigentia non patitur diuiſionem ſine damno ſubiecti.*

67 *Text. in l. eum debere ff. de ſeruit. vrb. prædior. declaratur.*

68 *Oneris ferendi ſeruitus diuidua eſt ex adiecta legis formula.*

Indiuidua tamen ſecundū ſe, nu. 69.

Ratio affertur, num. 70.

71 *Legis adiectio in ſeruitute oneris ferendi, non pertinet ad eſſentiam ſeruitutis.*

Sed ad pactum legale, nu. 72.

Quod efficitur quaſi pactum conuentionale, num. 73.

74 *Voluntas agentis præſumitur in dubio conformis diſpoſitioni iuris.*

75 *Text. in l. & ſi fortè §. etiam ff. ſi ſeru. vind. declaratur.*

76 *Refectio in ſeruitutibus ad quem pertineat.*

77 *Refectio non eſt ex eſſentia ſeruitutis, ſed ex adiectione legis.*

78 *Seruitus oneris ferendi diuidua eſt ex quibuſdam.*

Quare vero, num. 79.

Vtrunq; reijcitur, nu. 80.

81 *Refectio ſecundum ſe. indiuidua eſt.*

Eſt tamen aliquando diuidua, nu. 82.

Sed cur ſimpliciter ſit indiuidua, num. 83.

84 *Opus fieri indiuiduum eſt.*

Ratio, num. 85.

86 *Refectio ſi verbis præciſis aliquem reſpicit, is non poteſt pecuniam dare pro refectione.*

Secus ſi non adſint verba præciſa, num. 87.

88 *Refectio in ſeruitute oneris ferendi poteſt conſiſtere in reſtitutione columnæ.*

Quo caſu ſumptus inter indiuidua computatur. num. 89.

90 *Seruitutes ruſticorum prædiorum indiuiduæ ſunt.*

91 *Aquæductus ſeruitus diuidua eſt ex alijs.*

Sed potius commoditas aquaductus ex Authore, nu. 93.
Quod locum habet in qualibet ſeruitute, nu. 94.
92 Text. in l. ſi partem fundi ff. de ſeru. ruſt. præd. declaratur.
95 Seruitutes innominatæ ruſticorum prædiorum recenſentur.
Eæ verò diuiduæ ſunt ex nonnullis, num. 96.
Et quidem contractu, obligatione, & & ſolutione, nu. 97.
Reijcitur hæc opinio, num. 98.
99 Seruitutes ruſticanæ innominatæ indiuiduæ ſunt.
100 Regula non eſt ea, quæ à fallentijs vincitur.
101 Seruitutes ruſticorum prædiorum innominatæ quinq; ſunt.
Sed & alia reperiuntur ijs ſimiles, num. 102.
102 Creta fodiendæ ſeruitus ruſtica eſt innominata.
103 Lapidis eximendi ſeruitus ruſtica eſt innominata.
Sed & Aquæ hauſtus, num. 95.
Pecoris ad aquam appulſus. ibid.
Ius paſcendi, ibid.
Calcis coquendæ, ibid.
Arenæ fodiendæ, ibid.
104 Seruitutes ruſticorum prædiorum innominatæ cur indiuiduæ ſint.
105 Diuiſio cum damno ſubiecti facit rem eſſe indiuiduam.
106 Ius fodiendæ arenæ ad ſex modios an ſit diuiduum, vel indiuiduum.
107 Ius auferendi quotannis ſex manipulos frugum, an diuiduum ſit, an indiuiduum.
Quid ſi ad vſum referas, num. 108.
Quid ſi ad vſumfructum, num. 109.
110 Vſusfructus non reſpicit indigentiam perſonæ.
111 Seruitutes ruſticæ prædiales ſunt ad ſimilitudinem vſus.
112 Ius auferendi quotannis ſex manipulos frugum, an diuiduum ſit, an indiuiduum ſi referatur ad ius perſonale.
Non erit tamen ſeruitus, num. 113.
Sed ius quoddam perſonale proueniens ex conuentione, nu. 114.
Ideo non vindicabitur, ſed condicetur, num. 115.
116 Seruitus ruſtica poteſt à principio limitari citra prædij dominātis indigentiam.
Et appellatur modificatio, nu. 118.
Ratio affertur, nu. 124.
117 Stipulatio corrumpitur, ſi in eum caſum ducatur, à quo incipere non poteſt.
119 Seruitus ruſtica ſi ex poſt limitetur, dicitur violatio, & ſeruitutis extinctio.
Saltem ſi nolente domino fundi dominantis, num. 125.
120 Seruitutis vſus modificari poteſt in ipſa conſtitutione.
121 Seruitus fundi pro indiuiſo ruit tota, etiam ſi offenſio contingat in parte.
Ratio affertur, num. 122.
123 Seruitus ſi à principio conſtituatur citra indigentiam fundi, quid agendum.
126 Ius lapides eximendi habet iudicium communi diuidundo quomodo verò, num. 128.
127 Text. in l. communi diuidundo 7. §. cum de vſufructu ff. communi diuidundo, declaratur.
129 Seruitutes quomodo deducantur in iudicium communi diuidundo.
130 Text. in l. veluti ff. de ſeru. ruſt. præd. declaratur.
131 Vſufructuarius, quod ſupereſt vendere poteſt.
132 Seruitutes innominatæ prædiorum, ſunt eius gratia, quod in fundo eſt.
Ideoq.

Ideoq; indiuidua ſunt, *num*. 133.
134 *Lactantius Firmianus quis ex D. Hieronymo*.

ARGVMENTVM.

¶ Seruitutes, & vrbanorũ, & ruſticorum prædiorum, indiuiduas eſſe, tam reſpectu ſeruientis prædij, quã ratione dominantis. Sed, an quòad inſtrumentum, & commoditatem? Quid de ſeruitute illa Ne luminibus officiatur & de ſeruitute oneris ferẽdi? Quid tandem de ſeruitutibus ruſticanis innominatis?

VELVTI Iter fieri, *&c.*

SECTIO VI.

AGendum hic eſt de ſeruitutibus realibus, earumq. diuiduitate, vel indiuiduitate, quã ad tria ego reuoco.

Primum reſpicit communia prędiorum.

Secundum ſpecialia prædiorum vrbanorum.

Tertium ſpecialia prædiorũ ruſticorum.

Ad Primum.

EGo vnà cum *Bartolo in l. ſtipulationes non diuiduntur*, *in princ. num*. 2. *ff. hoc tit. de verb. oblig.* in ſeruitutibus realibus, ſeu prædialibus, in communi
1 obſeruo † quatuor

Fundum dominantem,

Fundum ſeruientem

Inſtrumentum, quo ſeruiturẽ in exercitium deducimus.

Hìc verò, priuſquàm propoſita ſigillatim examinem, commoneo in ſeruitutibus realib', ſeu prædialibus, duplicem ſem-
2 per † & omni caſu fundũ requiri, dominantẽ ſcilicet, & ſeruiẽtem; quòd ſi ſtipuler ſeruitutẽ
3 prædialem † ſine cõmodo prædij, ſeu fundi dominantis, ſed ſolo meo commodo, putà vt mi-
4 hi liceat † ſpatiari, vt poſſim in alieno cenare: tunc non eſt ſeruitus prædialis, ſed, vel perſonalis anomala iuxta quorundã placitum, vel potius nulla ſeruitus, nec prædialis, nec perſonalis, nec regularis, nec anoma-
5 la, ſed ius † quoddam ex conuentione, & pacto *l. Vt pomum decerpere, in princip. cum gloſſ. in verb. Non poteſt ff. de ſeruit. & l. ſi quis binas cum gloſſ. in verbo Valet exceptio ff. de vſufr. & l. pecoris paſcendi*, *cum gloſſ. fin. ff. de ſeruit. ruſt. præd.* Bina ergo requiruntur in realibus ſeruitutibus, quorum prædium dominãs in

6 in aqua † ducenda dicitur fun-
dus imus, prædium ſeruiens fun
7 dus † ſupremus; in aqua verò
8 arcenda prædium † dominans
eſt fundus ſupremus, ſeruiens
9 † imus; in pleriſq; alijs, domi-
10 nans eſt vlterius† prædium, ſer
11 uiens eſt citerius † *l. tria prædia ff. de ſeruit. ruſt. prædior.* Atq.
vt rem præcipuam attingamus.

Reſpectu fundi dominantis,
12 ſeruitus† ſemper eſt indiuidua
pro indiuiſo, diuidua tamen
13 pro † diuiſo, quod laudauit ẽt
Iaſon in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. nu. 10. & 14. Sed & eſt textus in l. pro parte, vbi gloſſ. 1. 2. & 3. ff. de ſeruit. & in l. ad certam ff. eod. textus planiſſimus in l. ſi quis duas §. ſi quis partem ff. commun. prædior. Si quis partem ædium tradet, inquit textus, vel partem fundi, nõ poteſt ſer-
14 uitutem imponere, quia per † partes ſeruitus imponi non po teſt, ſed nec acquiri. Hæc textus. Vbi amplius rationem videas, quia ſcilicet, quando fit diuiſio ſeruitutis ad partẽ fun-
15 di pro indiuiſo, verè † diuiditur ſeruitus, quod fieri non põt; quod ſi ad partem fundi pro di uiſo, tunc pars fundi fundus eſt & ſeruitus non diuiditur, ſed
16 † modificatur, quod omninò li cet *l. 4. §. modum ff. de ſeruit.*

Eſt & alia ratio ſuo non indigna authore, qui fuit *Iaſ. loco cit. num. 15.* quia ſcilicet impoſſibilium, nulla ſtipulatio eſt, inanis eſt remiſſio. At quando ſtipulor, vt mihi liceat ire p agrũ tuum ad partem fundi mei pro
17 indiuiſo, id non † poſſum in actum deducere, quia eam etiã ad aliam partem fundi mei pro indiuiſo, cùm in qualibet particula, etiam minima fundi pro indiuiſo, ſit alia eiuſdem fundi particula pro indiuiſo. Secus, quando pars fundi eſt certa pro diuiſo, quia tunc potero ire ad vnam partẽ fundi mei pro diui ſo, in qua non erit alia fundi eiuſdem pars.

Eadem prorſus conueniunt in irrigatione, cum aquæ non
18 poſſint † irrigare partem fundi mei pro indiuiſo, quin irrigent aliam eiuſdem fundi par-
19 tem pro indiuiſo; ſed pro † diuiſo poſſunt aquę fundi partem irrigare, alia intacta fũdi parte.
20 Opponitur ſignanter de † *textu in l. Vnus ex ſocijs, in princ. ff.*
21 *de ſeruit. ruſt. prædior. l. ſi quis † ædes §. ſi partem prædij ff. eod. & in l. Vt pomum §. ſi prædium ff. de*
22 † *ſeruit.* Eram ego dominus fundi ſuperioris ſeruientis, Titius verò erat dominus fundi inferioris dominantis, fundos communicauimus; videbatur dicendum ex dictis, quòd ſeruitus nõ diuideretur, quia eiuſmodi communio eſt diuiſio fundi in partem pro diuiſo; attamẽ dicitur ibi, quòd ſi hi duo fundi fuerint mutuò communicati inter me & Titium, Titius retinet

Digitized by Google

net ſeruitutem fundi dominantis pro parte.

Faceſſant verò, qui dicũt textum in *d.l.Vnus ex ſocys, in princ. ff.de ſeruit.ruſt.prædior.* intelligẽdum fore de communione prę-
23 diorum facta pro † diuiſo. Etenim plura repugnãt; Repugnãt primò poſtrema eiuſdem con-
24 textus † verba, ibi: Neq. adquiri libertas, neq. remitti ſeruitus per partem poterit. Tamen verò ſi ibi eſſent communes fundi pro diuiſo, rectè fieret remiſſio ſeruitutis pro parte, & diceretur modificatio *l. ſi quis duas § ſi quis partem ff.comm. prædior. iuncto textu in l.4.§.modũ ff. de ſeruit.* Repugnat ſecundò illud, quòd in dubio, an aliquid ſit commune pro diuiſo, an verò pro indiuiſo, licet ſi res ſit communis ad diuidendum, in dubio præſumatur communis
25 pro diuiſo, vt de † pariete cõmuni ad diuidẽdum, vt ſcilicet in dubio ſit communis pro diuiſo ſcripſit *Præſ.Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumpt.73.num.26.* Ne ſcilicet ex animo diuidendi noua fiat communio indiuiſa in
26 † pariete communi diuidente, *Dec.conſ.388. verba laudi;* Attamen quando res eſt communis ad vtendum, fruendum, & gau-
27 dendum, in † dubio eſt communis pro indiuiſo, *vt eſt textus cũ gloſſ.fin. in l.nam & ſi fur § fin.ff, ſi cert. pet.* Repugnat poſtremò. quia non dicit textus ea prędia eſſe communia, ſed fuiſſe communicata, quo caſu ineptiſſimũ eſt dicere, quòd ſint communia pro diuiſo; aliud enim eſt eſſe
28 † communia prædia, aliud eſſe communicata.

Ea ſit reſponſio pro tantę difficultatis ſolutione, quæ placuit *Accurſio in eadem l.Vnus ex ſocijs, in princ.in verb.Placet ff.de ſeruit. ruſt.prædior. quam Bartolus ſecutus fuit duobus in locis, gloſſa tamen nũquam, præter morem ſuum, allegata; ſcilicet in l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ.num.4.ff. hoc tit. de verb.oblig. & in l. pro parte in fin ff.de ſeruit.* quòd in ſpecie *d. l. Vnus ex ſocijs*, non diuiditur ſeruitus, ſed tota retinetur, nõ pro parte fundi dominãtis pro indiuiſo, ſed pro toto fundo, ex caſione tamen partis pro indiuiſo. Quare, *dum textus in d. l. Vnus ex ſocijs, dicit*, quòd facta prædiorum communicatione ſeruitutes retinentur pro parte, dicendũ eſt non retineri ſeruitutes ꝑ parte ſeruitutis, nec pro parte fundi, ſed totam retineri ſeruitutem in toto fundo à priore domino, pro parte tamẽ fundi hoc eſt occaſione partis fundi, quæ remanet apud dominum. Ideoq; vt optimè dicit *Gloſſ. in d. l. vnus ex ſocijs, in ver.placet, in prima opinione*, totales ſeruitutes retinebuntur in ſolidum in toto fundo occaſione partis fundi; idq. tam reſpectu fundi ſeruientis, quã reſpe-

ctu

ctu fundi dominantis.

Quòd, ſi quiſpiam dicat,igitur, pars mea pro indiuiſo in fundo ſeruiente mihi ſeruiet, vel pro parte fundi dominãtis, iuxta ſpeciem *d. l.Vnus ex ſocijs;* vel pro toto fundo dominante iuxta caſum *l. Vt pomum* §.*ſi prædium ff.de ſeruit.*& tamen res ſua nemini ſeruire poteſt *l. Vti frui ff.ſi vſufr. pet.l.In re communi ff.de ſeruit.vrb.præd.* & quando idem efficitur dominus vtriuſque prę dij, & dominanris, & ſeruiẽtis,
29 extinguitur † ſeruitus, *l. Tria prædia,in fin. ff.de ſeruit.ruſt. prædior. l. ſi quis ædes, in princ.ff.eod.* vbi amplius ſi alrerum vendatur, denuò non reuiuiſcit ſubla ta,& extincta ſeruitus per confuſionem, ſed rurſus nominatim imponẽda eſt ſeruitus,alio-
30 quin liberum † venit. Reſpondet,& optimè, *Bartolus locis cit.* quòd res mea mihi ſeruire non
31 poteſt, ſi ſit mea in † ſolidum, ſecus verò ſi ſit mea pro parte ꝓ indiuiſo,quoniã occaſione alterius partis pro indiuiſo, cum qua & mea pars pro indiuiſo communis eſt, totum mihi præ-
32 dium † ſeruit, etiam reſpectu meæ portionis, licet non occaſione meæ portionis, ſed occa-
33 ſione portionis† alienę pro indiuiſo. Aſſigno ego rationem,
34 quam † deſumo ex ſpecie *textus in d.l.Tria prædia* §. *et quemadmodum ff. de ſeruit. ruſt. prædior.* Quia ſcilicet, quemadmodum à principio ſeruitus acquiri nõ poteſt occaſione partis fundi ꝓ indiuiſo, ſed acquiritur ſi quis ſit dominus totius fundi, *l. Vt pomum* §. *ſi prædium ff. de ſeruit.* ita, & poſtea non amittitur occaſione partis fundi pro indiuiſo, ſed amittitur tunc demũ, ſi totus fundus alienetur, totiuſq́. fundi amittatur dominiũ. *Adde tex. in l. ſi quis ædes* §.*ſi partem prædij ff. de ſeruit.ruſt.prædior.et in l.ſi communi fundo ff.eod.*
35 Reſpectu fundi † ſeruientis eadem prorſus dicenda ſunt,vt ſcilicet ſeruitus diuidi poſſit, ſeu potius modificari, pro parte ſeruientis pro diuiſo, ſecus pro parte fundi ſeruientis pro indiuiſo locis ſuperiùs citatis. Nec enim poteſt pars fundi pro indiuiſo ſeruire, quin & alia fundi pars ſeruiat. Habeas .n. tu fundum ſeruientem,ego dominantem,conueniamus vt poſſim traducere aquas pro certa tantùm par e aquæductus pro indiuiſo, non valet conuentio, quia non poſſum traducere pro certa parte canalis pro indiuiſo, quin & per alias canalis par
36 tes traducam; Poterunt† certè deduci aquæ per certam partẽ canalis pro diuiſo, vt ſcilicet canale in binas, pluresuè fiſtulas diuidatur, quo tamen caſu
37 non diuidetur ſeruitus, ſed † modificabitur *l.4.*§.*modum ff. de ſeruit.* Vel etiam non diuidetur ſeruitus ſed commoditas ſeruitutis,

tutis, de qua re inferius. Rurſus, habeas tu fundum ſeruientem, ego dominantem, conueniamus vt via quæ ex *l. 12. tabu-*
38 *larum* eſt lata † octo pedes in porrectum *l. Via latitudo ff. de ſeruit. ruſt. prædior. & in ipſiſmet 12. tabulis tit. apud me 10.* De *ſeruitutibus, & finibus regendis;* Con-
39 ueniamus inquam vt via † anguſtior octo pedibus conſtituatur, non erit ſeruitutis, ſeu viæ diuiſio, ſed vel eam habebit latitudinem vt vehiculum ire poſſit, & erit ſeruitutis viæ modificatio; alioquin vna erit ſeruitus verbaliter conuenta, viæ ſcilicet, alia verò erit ſeruitus, realiter, & effectualiter conſtituta, actus ſcilicet vel itineris *l. ſeruitutes ipſo quidem §. modum adijci ff. de ſeruit. l. ſi tam anguſti ff. eod. l. Via conſtitui, in princip. ff. de ſeruit. ruſt. prædior.*

Reſpectu inſtrumenti, quo ſeruitus exercetur, rem ita abſoluit Bartolus, & res clara eſt, quia vel inſtrumentum indiuiduum eſt qualis homo, quale iumentũ, & hac ratione ipſa quo-
40 que ſeruitus, dicitur † indiuidua; aut inſtrumentum eſt diuiduum, vt aquæ ductus materialis tamen pro fiſtula, vel incili ducendarum aquarum, & hac
41 ratione ſeruitus poteſt dici † diuidua. Quamquam vt optimè ſequitur Bartolus, hoc caſu potius diuiduntur aquæ, ſeu illarũ
42 commodum, quam diuidatur † ſeruitus, & ius vt etiam *eſt text. in l. ſi partem fundi ff. de ſeruit. ruſt. prædior.*

Reſpectu tandem commoditatis ſeruitutum, omnes ſerui-
43 tutes † diuidi poſſunt per tempora, quæ tamen adhuc non di-
44 cuntur diuidi ſed † modificari *l. 4 §. interualla ff. de ſeruit.* ſeu earũ vſus hoc eſt commoditas ſecerni *l. via ff. eod. de ſeruit.* ſeruitus verò aquarum non ſolùm p̃ tempora diuidi poteſt, ſed etiã per menſuras *l. 2. & l. 5. ff. de aq. quotid. & æſtiua, latè Alba conſil. 601. Præſuppoſito, per totum, ego obſeruat. 203. nu. 2. & 3. addo adhuc textum in l. ſi partem fundi ff. de ſeruit. ruſt. prædior. l. 2. §. aquæductus ff. eo. de ſeruit. ruſt. præd. et in l. arbor §. aquarum iter ff. comm. diuidund.* Sed & ſcias, quòd quia
45 omne † indiuiſibile, illud & immutabile eſt, quod quia ſeruitutes non ſolùm indiuiduæ ſunt,
46 ſed † etiam indiuiſibiles in iure a natura; ideo non licere domino prædij dominantis limi-
47 tes ſeruitutis † egredi licet alia acquirat prædia quæ priora augeant *l. non modus C. de ſeruit. l. ſi is cui via, in princ. ff. quemad. ſer. amitt.*

Ad Secundum.

48 SEruitutes vrbanorũ, p̃diorũ † indiuiduæ ſunt, & quidẽ oẽs, *text. eſt in l. Et per iuſiurandũ §. ſi id quod ff. de acceptilat.* Si id

quod in ſtipulationem deductũ eſt inquit textus, diuiſionem nõ recipiat: acceptilatio in partem nullius erit momenti: vt putà ſi ſeruitus fuit prædij ruſtici, vel vrbani. Atque iura omnia dum omnes accumulant ſeruitutes, eaſdẽ omnes dicũt indiuiduas
49 vna excepta ſeruitute † vſusfructus *l.1.§.ſi vſusfructus ff.ad l. falcid.* ſi vſusfructus legatus ſit, inquit textus, qui & diuidi põt non ſicut cæteræ ſeruitutes indiuiduæ ſunt. *Et eſt text. in l. & ſi forte §. ſi ędes ff. ſi ſeruit. vindic.* Si ædes plurium dominorum ſint, an inſolidum agatur, Papinianus lib. 3. quæſtionũ tractat, & ait ſingulos dominos inſolidum agere: ſicuti de cæteris ſeruitutibus, excepto vſufructu. *Eſt etiam text. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in principio ff. hoc tit. de verb. oblig.* ſtipulationes non diuiduntur, inquit textus, earũ rerum quæ diuiſionem non recipiunt: veluti viæ, itineris, actus, aquæductus, cæterarumque ſeruitutum, præter vſumfructum, ſubijcit gloſſa; quẽ & excepit, & quidem ſolum ex omnibus ſeruitutibus *text. in l. & per Iusiurandum in princ. ff. de acceptilat. textus etiam in l. 1. §. ſi vſusfructus ff. ad l. falcid.* vbi ita habetur: ſi vſusfructus legatus ſit, qui & diuidi poteſt, non ſicuti cæteræ ſeruitutes indiuiduæ ſunt. Rationem habebis inferius.

Hæc iura paullo fuſiùs, conceptioribusq. verbis retuli, vt videas quo labantur, qui indè duas eximunt ſeruitutes vrbanorum prędiorum, quas dicunt eſſe diuiduas, ſcilicet ſeruitutẽ illam Ne luminibus officiatur; eam amplius, quæ eſt oneris ferendi.

50 Seruitutem autem † illam Ne luminibus officiatur, contendit damnatus *Pariſ. apud me tamen correctus, in 3. par. à num. 271.* diuiduam eſſe, quare hęres eleuãs
51 in † parte, non peccat in totum cum in parte tantùm contrauenìat; & ipſe ſtipulator non prohibetur luce, & aſpectu cœli in totum, ſed tãtùm in parte, ergo ſequitur Pariſ. pœna non committitur niſi pro eadem parte
52 contrafacientis tantũm per † viuam rationem omnium iuriũ de rigore indiuiduitatis loquẽtium vt *in §. Cato*, ibi: quod niſi inſolidum peccari nõ poterat, & in *l. In executione §. quod ſi ſtipulatus, hoc titulo*, ibi: quoniam licet ab vno prohibear, non tamen in totum prohibeor. Sed hìc in partem tãtùm ſtipulator impeditur, ergo ceſſante ratione rigoris ceſſat rigor; quia ceſſante ratione legis, ceſſat lex. Hæc ille tandem.
53 Sed certè indiuidua eſt ea † ſeruitus Ne luminibus officiatur, tum per ea quæ iam adduximus iura; ſed etiam, *per text. in l. 3 ff. de ſeruit. vrban. prędior.* Cùm autem ſeruitus imponitur

ac luminibus officiatur, inquit textus, hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit vicino inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum. Hæc textus. Vides ideo offenſionem huius ſeruitutis non conſiderari diuiduè, vt plena ſit offenſa, demum ſi omnibus luminibus officiatur, ſed
54 etiam plena eſt offenſa, ſi † minuātur lumina noſtrorum ædifi-
55 ciorum. Ratio enim formalis † offenſionis in hac ſeruitute, dico reſpectu totius ſeruitutis, verificatur ēt ſi lumina non prorſus tollantur, ſed minuantur. Prohibeor ergo in totum etiam reſpectu partis commoditatis, quia adhuc non prohibeor reſpectu partis ſeruitutis, quia indiuidua eſt, ſed equidem reſpectu toti'. Rigor aūt ille ſi debet lenteſcere, non eſt in ordine
56 ad pœnam, † quæ nullam ſupponit æquitatem, ſed in ordine ad intereſſe. Sed iam nos verſamur in ſtipulatione pœnali.

Volo tamen, & ego vnum aſſerere quod dum nullus tāgit, ego idē veriſſimum puto, quòd ſi conuentum ſit, Ne tot, puta
57 † decem luminibus officiatur, tunc pœna diuidetur pro rata offenſionis; vel quòd tot ſint ſtipulationes, & ſeruitutes quot
58 † lumina *l. ſi quis duas §. ſi quis partem ff. commun. prædior. l. ſcire debemus ff. de verb. oblig.* vel quòd ſeruitus ſit præciſè, & ſimplici-
59 ter in ordine ad † commoditatem, quæ in qualibet ſeruitute diuidua eſt, vt ſuperius dixim'.

Seruitutem præterea illā oneris ferendi, quam conſtituunt
60 moderniores quidam † diuiduā eſſe, malè certè eam expendūt.
61 Hoc autem deſumunt *ex † textu in l. & ſi fortè §. ſi ędes plurium ff. ſi ſeruit. vindicet.* ibi: Si ædes plurium dominorū ſint, an inſolidum agatur, Papinianus ait ſingulos dominos inſolidum agere, ſicuti de cęteris ſeruitutibus excepto vſufructu. Sed non idē reſpondendum inquit, ſi communes ædes eſſent, quæ onera vicini ſuſtinerent. Hæc textus. Quo loco ſcias plura; quorum primum illud eſt, quòd hæc opi-
62 nio fuit olim † græcorum nonnullorum, qui hoc eodem in loco probari putarunt, Seruitutē oneris ferendi eſſe diuiduam, quod monet, licet rem ipſam vlterius non examinet *Contius.* Scias amplius, quòd cæcutierūt omnes, poſteaquam etiam ſi refectio in fundo ſeruiente eſſet diuidua, attamen adhuc hęc ſer-
63 uitus † oneris ferendi non eſſet diuidua, cùm ratio formalis indiuiduitatis prædialium non ſit ex prædio ſeruiente, ſed ex
64 prædio † dominante, ſeruitutes enim reales conſtituuntur ſecū-
65 dum indigentiam prædij † dominantis *l. Ergo §. fin ff. de ſeruit. ruſt. prædior.* Indigentia verò, ſi
66 indigentia eſt, non admittit †

diuiſionem ſine dãno ſubiecti,
quod facit rem indiuiduam *l.
non amplius § fin. ff. de leg. 1.*

Scias tandem, quòd qui hanc
ſectam conſtituerunt, non vide-
runt certè, vel fortè non benè
examinarunt, & expenderunt
67 † *textum in l. eum debere ff. de ſer-
uit. prædior. vrbanorum.* Eum de-
bere columnam reſtituere, inqt
textus, quæ onus vicinarũ ædiũ
ferebat, cuius eſſent ædes, quæ
ſeruirent: nõ eum qui imponere
vellet. Nam cùm in lege ædium
ita ſcriptum eſſet: Paries oneri
ferundo vti nunc eſt, ita ſit: ſatis
apertè ſignificari in perpetuum
parietem eſſe debere. Non hoc
enim his verbis dici, vt in per-
petuum idem paries æternus eſ
ſet, (quod ne fieri quidem poſ-
ſet) ſed vti eiuſdem modi pa-
ries in perpetuũ eſſet qui onus
ſuſtineret. Hæc textus. Vides ve
rò hoc non eſſe ex intrinſeca ſer
uitutis oneris ferẽdi natura, ſed
68 ex † adiecta legis ædiũ formu-
la: Vti nunc eſt ita ſit. Quo lo-
co duo ſunt, ſeruitus oneris fe-
69 rendi, & hæc † indiuidua eſt,
quia vt diximus pendet ab indi
gentia prædij dominantis, quæ
70 ſemper † indiuidua eſt; adie-
ctio præterea legis adeſt, vti
nunc eſt paries, ita ſit, quòd ad
eſſentiam ſeruitutis non perti-
71 net, ſed ad legis † adiectionẽ;
quod ad pactũ legale pertinet
potius, quàm ad veritatem ſer-
uitutis. Et verò ſi quis ſimplici-
ter ſeruitutem ſtipuletur one-
ris ferendi, licet nil aliud adij-
ciat, adhuc tamen ſubeſt idem
pactum legale, vt paries vel co-
72 lumna: Vti † nunc eſt, ita ſit;
*d. l. eum debere §. quemadmodum
ſi quis ff. de ſeruit. vrban. prædior.*
quod videtur in dubio repetitũ
etiam à paciſcentibus, & effectũ
73 quaſi pactum † conuentionale
cùm voluntas agentis præſuma-
74 tur in dubio † conformis diſpo
ſitioni iuris *l. ut iuriſiurandi §. ſi
liberi, ff. de oper. liber. ubi Bart. nu.*
5. Et huc pertinet quod ſcripſit
*Vlpianus in d. l. & ſi forte §. etiam
in principio, ff. ſi ſeruit. vind.* qui
eam refectionem parietis in ſer
uitute oneris ferendi nõ refert
ad eſſentiam ſeruitutis oneris
75 ferendi, ſed ad pactum † an poſ-
ſit ita ſeruitus imponi, vt quis
facere aliquid cogatur; Cùm in
omnibus ſeruitutibus refectio
ad eum pertineat, qui ſibi ſerui
76 tutem † adſerit, non ad eũ, cui
res ſeruit. Sed eualuit ſeruij ſen
tentia in propoſita ſpecie, vt
poſſit quis defendere ius ſibi
eſſe cogere aduerſarium refice-
re parietẽ ad onera ſuſtinẽda.
Quo loco vides vim refectionis
non eſſe in eſſentia ſeruitutis,
77 ſed in adiectione † legis, quam
in dubio imitatur ope taciti pa
cti prouiſio hominis.

Quo loco amplius non ſatis
probare poſſum quod nonnulli
adſeuerant, ſcilicet ſeruitutem
78 oneris † ferẽdi diuiduam eſſe,
quia

quia requiritur refectio ex par-
te domini fundi ſeruientis,quæ
79 refectio cum cõſiſtat in † quan
titate, ea certè diuidua eſt *l. 2.*
§. 1 ff. de uerb. oblig. hæc enim in-
ueſtigatio mihi peccare vide-
80 tur,& quidem † tripliciter,pri-
mò quod refectio , quia non ſit
ſine quãtitate ideo ſit diuidua ,
81 indiuidua enim eſt † refectio
niſi eam ad rem diuiduam refe
ras,ita vt iam non res efficiatur
diuidua ob refectionem, ſed re
82 fectio ipſa eſt † diuidua vel in-
diuidua ob rem quæ reficitur,
l. ſtipulationes non diuiduntur, in
princ. hoc tit. ff. de uerb. oblig. l. ſi
iter legatum ſit ff. de ſeruit. l. Aedi-
les Curules ff. de uia publ. l. Vete-
res ff. de itin. actuq. priuato. Niſi
83 † malis ſimpliciter dicere refe
ctionem noſtram eſſe indiuiduã
84 quia opus fieri † indiuiduum
eſt , cùm operis effectus in par-
85 tes ſcindi non † poſſit *l. In exe-*
cutione §. ſecunda ad opus ff. de
uerb. oblig. Secundo quòd vbi re
fectio reſpicit verbis præciſis
aliquem,vt noſtro caſu, ibi *in l.*
& ſi forte §. etiam ff. ſi ſeruit. uind.
ibi inquam : Sed eualuit Seruij
ſententia , vt poſſit quis defen-
dere ius ſibi eſſe cogere aduer
ſarium reficere parietem &c. eo
86 caſu non auditur † pecuniam
dare volens ad refectionem *l.*
fideicommiſſa §. ſi quis opus facere
iuſſus ff. de legat. 3. licet ſecus eſ-
87 ſet ſi refectio verbis † præciſis
non referretur ad eum *l. ſi quis*
ſui ff. de pollicit. Tertiò quia re-
fectio in ſeruitute oneris feren
88 di poteſt conſiſtere in † reſtitu
tione columnæ *l. cum debere co-*
lumnam ff. de ſeruit. vrb. prædior.
quo caſu quantitas , & ſumptus
89 inter † Indiuidua computatur
l. fideicommiſſa §. ſi in opere ff. de
leg. 3.

Ad Tertium.

SEruitutes ruſticorũ prædio-
90 rũ, & ipſæ † indiuiduæ ſunt
l. ſtipulationes non diuiduntur in
princ. ff. hoc tit. de verb. oblig. l.
Pro parte ff. de ſeruit. l. & per iu-
ſiurandum §. ſi id quod ff. de acce-
ptilat.
Eximebant hic nonnulli ruſti
91 cam ſeruitutem † Aquæductus,
quam diuiduam aſſerebant , vt
refert *gloſſa in l. ſi partem fundi in*
verbo diuiſio ff. de ſeruit. ruſt. prad.
Et quidem per illum textum .
92 Sed certè non vult ille † textus,
vt ſeruitus aquęductus diuidua
93 ſit , ſed benè quòd aquæ , & †
aquæductus commoditas diui-
di poteſt,quod concedimus *l. 1.*
& l. 5. ff de aq. quotid. et aſt. l. 2. §.
aquęductus ff. de ſeruit. ruſt. pręd. l.
arbor §. aquarum ff. comm. diuid.
Alba conſ. 103. num. 2. et 3. quod
94 idem locum habet in † quali-
bet ſeruitute, *l. uia ff. de ſeruit. l. 4.*
§. Interualla ff. eod. de ſeruit.
Eſt modò mihi dura ſuſcipiẽ
da cum Pariſ. pugna, difficile ſu
95 mẽdum negotium quò ad † in-

no-

nominatas ruſticorum prædiorum ſeruitutes. Vult enim ipſe *in 3. par. num.* 191. Aquæ hauſtũ, Pecoris ad aquã appulſum, Ius paſcendi, Calcis coquẽdæ, Arenæ fodiendæ, & his ſimiles ſer-
96 uitutes eſſe omni reſpectu † diuiduas, & naturaliter ſcilicet, & originaliter, & effectualiter, & contractu, & obligatione, &
97 † ſolutione: Fremant omnes licet, quia non intellexerunt, nec per ſomnium quidem cogitauerunt, inquit ille.

Sed certè peccauit nõ ſolùm
98 interpretes, ſed etiam in † ipſa iura. Nanq. paſſim habetur, ꝙ non ſemel monuimus, & dicemus etiã cum de vſufructu agemus, quòd omnes ſeruitutes vſuſfructu excepto ſunt indiuiduæ. Et *text. eſt in l. Et per iuſiurandum ff. de acceptilat.* vbi ait Vlpianus: Si id quod in ſtipulationem deductum eſt diuiſionem nõ recipiat, acceptilatio in partem nullius erit momenti: vtputa ſi ſeruitus fuit prędij ruſtici, vel vrbani. Hæc textus. vel ergo omnes prorſus ruſticæ ſeruitutes indiuiduæ ſunt, & erunt certè indiuiduę, & ſeruitutes, quas diuiduas ponit Pariſ. vel non omnes, & det textum aliquam
99 † ruſticanam ſeruitutẽ ab aliarum indiuiduitate eximentem. Et præterea etiam ſi Vlpianus noluiſſet omnes ſeruitutes omnino prædiorum ruſticorum eſſe indiuiduas, voluiſſet ſaltem id verum eſſe per modum regulæ, quæ certè in pluribus verificari debet, quàm ſint fallentiæ,
100 nec enim regula † eſt, quæ à fallentijs vincitur. Hìc verò ſi
101 dicas † quinque illas recitatas ruſticorum prædiorum ſeruitutes, de quibus *in* §. *In ruſticorum inſt. de ſeruit. ruſt. prędior. & in l.* 1. *in fin. ff. eod.* diuiduas eſſe, ſed &
102 ijs † ſimiles ſeruitutes ſcilicet
103 Cretæ fodiendæ, & † lapidis eximendi, de quibus *in l. ergo, & in l. ueluti ff. eod. de ſeruit. ruſt. prædior.* Nonne vides plures eſſe fallẽtias, quàm regulæ caſus? Erunt enim ruſticorum prędiorum ſeruitutes quatuor indiuiduæ, Iter, actus, via, & aquæductus. Septẽ verò diuiduę, quas iam poſuimus. quod nemo ſanæ mentis non dixerit maximè abſurdum. Formalitas autẽ hu-
104 ius indiuiduitatis in † eo eſt, quia hæ ſeruitutes imponuntur ſecundum indigentiã fundi dominantis *l. ergo ſecundum & l. veluti ff. de ſeruit. ruſt. prędior.* Indigentia autem, quatenus indigentia eſt, non admittit diuiſionem ſine damno ſubiecti, quod
105 facit rem eſſe † indiuiduam *l. non amplius* §. *fin. ff de leg.* 1.

Neque hùc pertinent ea, quę ipſe adducit ꝓ ſua illa opinio-
106 ne, ſcilicet, quòd ius † arenæ fodiendæ puta ſex modiorũ nõ eſt minus diuiduũ, quàm ſit ius
107 auferendi quotannis ſex † manipulos frugum; etenim ſi hìc

Pa-

Pariſ.intelligit de commoditate iuris, fateor, ſed idẽ contingit in omnibus ſeruitutibus, ẽt quas ipſemet concedit indiuiduas,earũ enim cõmoditas ſem per diuidua eſt ſecundum ſe. Si verò intelligit de ipſo iure qua tenus ſeruitus eſt, tunc dico, ꝙ ẽt ius auferendi quotannis ſex manipulos frugum, ſi ad vſum
108 referas eſt† indiuiduum & ſer uitus indiuidua *l. vſus pars ff. de uſu & habit.* Si verò referas ad vſumfructum erit quidem ſerui
109 tus† diuidua; ſed termini nõ ſunt pares, quia vſusfructus nõ
110 †reſpicit indigentiam perſonæ, ſed ſeruitutes ruſticæ prædiales ad ſimilitudinẽ vſus re-
111 ſpiciunt† indigentiam prædij dominãtis. Si verò ius illud ad nullam referas ſeruitutem, ſed
112 potius ad aliud quoddã ius† perſonale, tunc libenter cõceſſero etiam ius arenæ fodiendæ
113 diuiduum eſſe; Sed nõ erit† ſeruitus, qa ſeruitutes eiuſmodi vindicantur *toto tit. ſi ſer. uindicet. & l. ergo ſecundum ff. de ſeruit. ruſt. prædior.* & ius illud, qđ non eſt in ordine ad prædium, cũ nõ ſit ſeruitus, ſed ius quod-
114 dam †perſonale, prouenient ex conuentione *l. ut pomum, in prin. ubi gloſſ. in uer. non poteſt ff. de ſeru. & l. ſi quis binas cum gloſſa in uer. ualet exceptio ff. de uſufr.* cer
115 tè non vindicabitur, ſed † cõdicetur ex contractu ſi patientia non præſtetur *l. pecoris paſcendi, ubi gloſſ. fin. ff. de ſeruit. ruſt. prędior.*

Sed neque facit negocium il lud apud eundem nu.299. quod
116 poſſit à principio † limitari ſeruitus ad quantitatem minorem, quàm prædio dominãti ſit neceſſaria, & valebit nihilominus conſtitutio ſeruitutis, ergo ſuppleo ego & ſimul probo, ſer uitus diuidua eſt, & qui offendit in parte non peccat in totũ, aliàs. n. non poſſet à principio ſeruitus limitari *l. pro parte dominij ff. de ſeruitut.* ibi: Corrumpit ſtipulationẽ, in eum caſum
117 † ducẽdo, à quo ſtipulatio incipere non poſſit.

Fallitur namque, quia aliud eſt ſeruitutẽ indiuiduã à prin-
118 cipio poſſe † limitari, quæ appellatur, modificatio, aliud ex
119 poſt poſſe in parte † violari, quæ eſt extinctio; vſus autem ſeruitutis modificari poteſt in
120 ipſa †conſtitutione, extingui tamen non poteſt *l. 4. §. modum adijci, vti Bartol. ff. de ſeruit.* Ruina enim ſeruitutis indiuiduæ, quia reſpicit indigẽtiam totius fundi pro indiuiſo non ſolùm
121 emanat ſi offendatur† prædiũ dominans in toto, ſed etiam ſi
122 in parte, quia in rebus pro † indiuiſo nunq̃ offenditur pars, quin offendatur totum *l. 3. ff. de ſeruit. vrb. prædior.* Dum verò à principio limitari poteſt, ſi ea ſubſit fundi dominantis exigẽtia, quam ex iure ſupponimus, ipſe

ipſe quoque *d. par. 3. nu. 299.* fa-
123 tetur neceſſe eſſe reſiduum † aliunde cōparari. Quo caſu vides à principio ſi limitetur ſer-
124 uitus, eam † tantùm modificari, quia aliunde prædij ſatago dum mihi reſiduum ex conuentione comparo; vbi verò me nolente limitatur, iam non modi-
125 ficatur ſed † extinguitur.

Neque tandē quicquam obſtat, quod ibidem num. 302. aſſerit, nēpè in ordine ad has ſeruitutes, puta ad ius lapides exi-
126 mendi, dari iudicium † Communi diuidundo, hoc enim non inficior ego; quod ſi negarem non tamen ille benè illud probaret per textum quem ipſe allegat *in l. communi diuidundo 7. in ordine §. Cum de vſufructu ff. communi diuidundo*. Textus enim il-
127 le † loquitur de ſeruitute vſusfructus, quæ in [illegible] controuerſia diuidua eſt. Concedo tamē adhuc in iure lapidis eximendi, & aliarum ſeruitutum, eſſe locum
128 iudicio communi † diuidundo, non quidem ad diuidēdam ſeruitutem, quæ indiuidua eſt, ſed ad diuidendam ſeruitutis commoditatem pro exigentia portionum fundi dominantis, ſi portiones ſint cōmunes pro indiuiſo, ſi verò pro diuiſo, multiplicantur fundi per diuiſionē *l. locus ff. de verb. ſignif.* multipli-
129 cantur † & ideo ſeruitutes ſine fundi tamen ſeruientis nouo præiudicio, non autem diuiduntur.

Conatur verò *Pariſ. loco cit.*
130 *n. 304.* ſoluere † difficultatem *textus in l. veluti ff. de ſeruit. ruſt. prædior.* Vbi dicitur, quod longè recedit ab vſufructu ius calcis coquendæ, & lapidis eximēdi, & arenæ fodiendæ; inquit .n. ipſe hoc non eſſe reſpectu indiuiduitatis, ſed reſpectu commoditatis, quia vſufructuarius totam aufert vtilitatem, & quod ſibi ſupereſt, vendere poteſt, & illæ ſeruitutes ſunt eius gratia, quod in fundo eſt.

Sed certè nos, nō ea vel ſola nitimur lege, ſed plerisq. alijs, alijsq; argumētationibus, quibus tantùm abeſt vt is ſatisfaciat, vt ne quidem difficultatū earum meminerit. Quamquam & ex eo textu id apprimè probatur, quod conatur ipſe euertere. Dum enim totam aufert vtilitatem vſufructuarius, &
131 quod ſupereſt † vendere poteſt, ecce quòd vſusfructus non reſpicit ſolam perſonæ indigētiam, ideoq. diuiduus; dum verò ſeruitutes Calcis coquēdæ, lapidis eximendi, & arenæ fo-
132 diēdæ ſunt eius † gratia quod in fundo eſt nec vlterius, tum ibi, tum *in l. ergo ff. eod. de ſeruit. ruſt. prędior.* iam videt quilibet, quòd hæ ſeruitutes ad ſolam referuntur fundi dominantis exi-
133 gentiam, quæ rem † indiuiduā facit *l. non amplius §. fin. ff. de leg. 1. l. vſus pars, in ſui ratione ff. de vſu, et habitat.*

Ita

Ita vt tandem videas homini huic hac in re nec illud cōtigiſ-
134 ſe quidem, quod † Lactantio Firmiano, qui *teſte diuo Hieronymo in translatione Euſebij de temporibus ſub Conſtantio Imperatore*: Vtinam tam noſtra affirmare potuiſſet, quam facilè aliena deſtruxit. Porrò hìc impius, ac temerarius, neque hoc loco ſua affirmauit, nec aliena deſtruxit.

An autem expenſæ factæ in diſcutiendis iuribus realis ſeruitutis in foro apud Iuſdicentem per alterum ex cōſortibus, quòd quia realis ſeruitus indiuidua eſt, & expenſarum ratio indiuidua ſit, an potius inter conſortes diuidua pro rata, nō eſt huius inſpectionis, aut præſentis loci, vide tu doctiſſimum Coſtam de *Rat. Rat. quaſt.* 122. Non præteribo, per totam, atq. potiſſimum, num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes perſonales, ſeu perſonarum tres ſunt.*

2 *Vſus eſt ſeruitus indiuidua.*

3 *Vſus eſt ſeruitus perſonalis.*

4 *Vſus pars legari non poteſt.*

5 *Vti pro parte non poſſumus.*

6 *Vſus eſt ad indigentiam perſonæ.*

7 *Indigentia in vim ſeruitutis diuidua non eſt.*
Ratio affertur, num. 8.

9 *Seruitutes prædiales conſtitutæ intelliguntur penes indigētiam prædiorū.*

10 *Vſus propriè ad perſonas pertinet.*
Proportionaliter verò etiam ad prædia, num. 11.
Semper tamen indiuiduus, num. 12.

13 *Vſus eſt pars vſusfructus.*
Non tamen quatenus vſus eſt ſeruitus, num. 14.
Sed quatenus eſt commoditas, num. 15.

16 *Indiuiduitas partis non infert indiuiſitatem totius.*

17 *Alimenta ex Iaſone indiuidua ſunt.*
Vix enim differunt ab vſu, num. 18.

19 *Alimentorum materia ſtricto iure diuidua eſt.*
Ex æquitate tamen ferè indiuidua, num. 20.
Ratio affertur, num. 21.

22 *Vſus requirit ſolam patientiam domini fundi ſeruientis.*

23 *Alimenta præter patientiam requirunt, ea debentis præſtationem.*

24 *Oneris ferendi ſeruitus, an ſolam requirat patientiam, an amplius præſtationem aliquam.*

25 *Vſusfructus ſolam requirit patientiam a domino fundi ſeruientis.*

26 *Indiuiduitatis ratio ex indigentia dominantis deſumitur, non ex præſtatione ſeruientis.*

27 *Alimenta indiuidua ſunt.*
Licet præſtatio commoditatis diuidua ſit, num. 28.
*Res ipſa proximo exemplo illuſtratur num.*29.

30 *Vſus debetur à re perſonæ.*

31 *Alimēta debentur à perſona perſonæ.*

32 *Ius eximendi certam quantitatem cretæ, vel lapidum quando diuidua.*
Quando item indiuidua, num 33.

34 *Vſus, qui non minuitur concurſu peruenit ad omnes inſolidum.*

35 *Text. in l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum ff. commod. declaratur.*

36 *Vſus quòd ſit ſeruitus indiuidua quænam ſit vtilitas.*

37 *Habitatio eſt ſeruitus indiuidua.*

38 *Habitatio magis vſufructus æquipa-*

ratur, quam vſui, & quomodo.

39 *Text. in l. Cum antiquitas C. de vſufruct. declaratur.*

40 *Habitationis vſusfructus legari poteſt, & quomodo.*

41 *Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.*

42 *Text. in l. Cæterum ff. de vſu, & habit. declaratur.*

43 *Habitatio locari poteſt.*

Declaratur in quo ſenſu, num. 44.

45 *Vſusfructus locari poteſt, & quomodo.*

46 *Domo diuiſa, quomodo dicatur diuiſa habitatio.*

47 *Habitatione pluribus legata, omnes agunt ſinguli ad ſolidam habitationem.*

Per concurſum tamen ſibi faciunt partes in commoditate. num. 48.

Eſt verò ibi coniunctio mixta, nu. 49.

50 *Coniunctio mixta operatur ius accreſcendi.*

51 *Vſusfructus fundi pluribus relictus, poteſt ab initio à quolibet inſolidum peti.*

Licet per concurſum diuidatur deinde, num. 52.

53 *Habitatio pluribus relicta an accreſcat.*

Id verò an ex indiuiduitate, an potius ex imperfectione acquiſitionis. numero 54.

55 *Vſusfructus, nunquam plenè, & perfectè acquiritur.*

Infertur quò ad ius accreſcendi, num. 56.

57 *Vſusfructus eſt ſeruitus diuidua.*

Opponitur, num. 58.

Soluitur, num. 86.

59 *Vſusfructus ex Bartolo eſt indiuiduus ſecundum naturam, diuiduus tamen ex iuris diſpoſitione.*

Reijcitur Bartolus, num. 60.

61 *Lex non poteſt circa ea, quæ impoſſibilia ſunt natura.*

62 *Incorporalia, quæ indiuidua ſunt, imò indiuiſibilia ſecundum propriam naturam efficiuntur diuidua ratione adiuncti ex Bartolo.*

Reijcitur Bartolus, num. 63.

64 *Fundus, &*

Domus potiùs multiplicabilis eſt, quàm diuiſibilis.

65 *Vſusfructus, quare ſit ſeruitus diuidua.*

66 *Vſusfructus non poteſt eſſe ſine vſu.*

67 *Formam certam habens indiuiduum eſt.*

68 *Nummi diuidui ſunt*

69 *Inſtantiam afferre non eſt ſoluere difficultatem.*

70 *Vſusfructus nec ſine vſu eſſe poteſt, nec ſine fructu.*

71 *Vſus eſt totus in toto, & totus in qualibet parte vſusfructus.*

72 *Vſus non eſt in vſufructu tanquam ſeruitus, ſed tanquam commoditas.*

73 *Iter, & Actus, ſunt ſeruitutes diuerſæ.*

Nec actus continet eſſentialiter ipſum iter, num. 74.

Ratione tamen commoditatis actus continet iter, num. 75.

76 *Seruitutes quare indiuidua, alia ratio.*

77 *Vſusfructus quare diuiduus, alia ratio.*

78 *Aquaductus eſt ſeruitus indiuidua.*

Et inter ſeruitutes continuas ponitur, num. 79.

80 *Aqua hauſtus eſt ſeruitus diſcontinua.*

81 *Aquaductus non requirit hominis factum, humanamque continuam operam.*

82 *Vſusfructus requirit hominis factum, humanamque continuam operam.*

Idem in vſu, num. 83.

Idem in iuriſdictione, num. 84.

85 *Seruitutes continuæ an ſint quæ animo poſſideri ſolent.*

87 *Seruitutes reales conſtituuntur iuxta indigentiam fundi dominantis.*

88 *Ser-*

Digitized by Google

88 *Seruitutes perſonales conſtituuntur iuxta indigentiam perſonæ.*
89 *Habitatio ſpatioſior reſpicit indigentiam moralem perſonæ.*
90 *Vſusfructus caſtro debitus eſt ſeruitus prædialis debita à re rei ex alijs. Quos reijcit Author, num. 91.*
92 *Vſus aliquando eſt ſeruitus quaſi prædialis.*
93 *Cautio fructuaria diuidua eſt.*
Et quidem in omni capite, num. 94.
95 *Stipulatio cautionis fructuariæ habet tria capita.*
96 *Dolum malum abeſſe, & abfuturum eſſe, an diuiduum ſit, an indiuiduum.*
97 *Cautio fructuaria præſtita diuidua eſt.*
Præſtanda verò eſt indiuidua, numero 98.

ARGVMENTV M.

¶ Vſus, & Habitatio, licet ſpacioſior, & amplior, cur indiuidua, vſusfructus verò etiam tenuis, diuiduus tamen; ſed & Cautio fructuaria diuidua eſt, & quidem in omni capite.

Quia quod in partes &c.

SECTIO VII.

HIc verò ſucceſſiuè poſt reales ſeruitutes agendū eſt omnino de ſeruitutibus perſonalibus; vbi dum plerique de habitationis indiuiduitate dubitant, alij verò de vſusfructus, Diuiduitate, ij omnes ſtomachum faciūt. Sciunt omnes, ſeruitutes perſo-
1 nales, ſeu perſonarum † tres eſſe vſum, Habitationem, & vſum fructum *l. 1. ff. de ſeruit. l. ſi habitatio, in princ ff. de vſu, & habit. Inſt. de vſu, & habit. per tot.*

Sit ergo prima concluſio de caſu minus in dubium reuoca-
2 to; quòd Vſus † eſt ſeruitus indiuidua; quòd dum pleriſque iuribus probari poteſt id mihi maximè perſuadent leges, quæ volunt omnes ſeruitutes eſſe indiuiduas, vſufructu excepto, quę ſi omnes ſeruitutes complectantur, profectò, & vſus ſeruitus eſt, ideoque induiduia; ſin verò perſonales tantùm, & vſus
3 ſeruitus eſt † perſonalis *l. 1. ff. de ſeruitut.* Sed nimis clarus, & planus *textus eſt in l. Vſus pars ff. de vſu, & habitat.* Vſus pars, inquit
4 ibi Paulus, legari † non pōt; nā frui quidem pro parte poſſu-
5 mus, vti † pro parte non poſſumus; *et eſt text. in l. ſi vt certo §. ſi duobus uehiculis ff. cōmodat. ubi gl. in uer. uehiculi gl. in l. 1. § ſi uſuſfructus in uer. Neq. uſus ff ad l. falcid.*

Rationem hìc vides in textu,
6 quia vſus eſt ad indigentiam † perſonæ, vt etiam eſt in toto tit. de vſu, & habit. in Inſt. indigen-
7 tia verò in vim † ſeruitutis diuidua non eſt, cū quotidie paullatim indigendo eo quod exi-
8 git, quis profectò † pereat quod & latè proſequitur *Iaſon in l. ſti-*

 pula-

pulationes non diuiduntur in princ.
*num.*30. *ff. de uerb.oblig.* Hûc fa-
cit, & hoc idem eo pertinet, q̄
de ſeruitutibus ruſticorum præ-
diorum diximus; eæ enim con-
ſtitutæ intelligūtur pœnes præ-
diorum indigentiam *l. Ergo ff.*
de ſeruit. ruſt. prædior. ibi: Serui-
tutem non vltra cōſtitui poſſe,
quàm quatenus ad eum ipſum
fundum opus ſit. Itaut,& eas iā
cum vſu conferre poſſis,ſi dicas
vſum referri modò ad perſonā,
modò ad prædium; ad perſonā
eſſe ex iam tradita iuris, & ac-
10 cepta denominatione † vſum;
ad prædium verò proportiona-
11 li quodam † modo; Ita tamen
vt vtroque caſu nec egeat per-
ſona, nec prædium; Ideoque
vtroque caſu ſeruitus vſus ſiue
12 perſonalis, ſiue realis,ſit† indi-
uidua.

Neque obſtabit, ſi dicas cum
13 quibuſdam,Vſum eſſe † partem
vſusfructus *l. per ſeruum* §. 1 *ff.*
de uſu.& habit. vſumfructum di-
uiduū eſſe, igitur & vſum *l.qua*
de tota ff.de rei vind. Etenim ne-
gamus primò vſum eſſe partem
14 vſusfructus,quatenus vſus eſt †
ſeruitus, & ſic quid indiuiduū;
nec enim vſus eſt in vſufructu
tanquam ſeruitus, ſed tanquam
15 commoditas, quæ diuidua eſt,
Rub. Alex. in l. Gallus § *quidam*
*rectè num.*134. *ff. de lib. & poſth.*
Dicimus amplius non inferri
neceſſariò ab indiuiduitate par
16 tis ad† indiuiduitatem totius,
declarando vt inferius dum de
vſufructu agemus; quemadmo-
dum videmus animam rationa-
lem eſſe hominis parrē, ipſāq̄.
incorporeā, indiuiſibilem, ho-
minem verò,& corporeum, &
diuiſibilem,licet indiuiduum.

Fortiùs certè obſtat, ac du-
rius aduerſatur alimentorū ma
17 teria,quam ſi † indiuiduā dice
mus & eam,quia vix differat ab
18 † vſu,quod voluit *Iaſ. in l. ſtipu-*
lationes non diuiduntur, in princ.
*num.*30. *ff. de uerb. oblig.* Statim
in tria incidimus contraria iu-
ra,primò eſt in contrarium *text.*
in l. ſolent iudices in princ. ff. de
alim. & cib. legat. 2. *text. in l.pe-*
cuniæ ſortem ff.eod.de alim.cib.leg.
3.*textus in l. Cùm hi* §. *uult igitur*
oratio,uerſ.Aut ſi à pluribus ei ali-
menta ff. de tranſact. vbi docent,
& Vlpianus, & Papinianus, &
iterum Vlpianus, alimentorum
19 materiam ſtrictò iure† diuiduā
eſſe;licet ex æquitate ſoleant Iu-
ſdicentes ad alimentarij inſtan-
tiā, vel eam prorſus indiuiduā
20 reddere, vel † minus diuiduā.
Si verò alimenta diuidua aſſera
mus *Cum Pariſ. in* 2. *part. num.*
238.*pag.* 162. Statim aduerſatur
ratio cur vſus indiuiduus ſit,
quia ſcilicet reſpicit indigentiā
perſonæ,quæ indiuidua eſt,quò
21 profectò tendunt omnino† ali-
menta ipſa.

Conſiderabam aliquando an
concederem alimenta eſſe diui-
dua, non autem vſum, quia in
22 vſu

22 vſu † ſola patientia domini fun
di ſeruientis requiratur, in ali-
23 mentis verò amplius † præſta-
tio damnatorum ad alimenta,
quod voluerunt nonnulli in illa
24 ſeruitute oneris ferendi, de †
qua in *l. Et ſi fortè § ſi ædes pluriũ*
ff. ſi ſeruit. uind. Sed non placuit
conſideratio, tum quia etiam in
25 † vſufructu dominus fundi ſer-
uientis ad ſolam tenetur patiẽ-
tiam, attamen vſusfructus ſerui
tus diuidua eſt, vt dicemus infe
rius, *& eſt textus in d. l. & ſi fortè,*
§. etiam ff. ſi ſeruit. uind. in l. 1. § ſi
uſusfructus ff. ad l. falcid. in l. ſi uſus-
fructu, in princ. ff. eod. in l. Vſusfru-
ctus, et ab initio ff. de uſufruct. in l.
Et per iuſiurandum §. 1. ff. de accep-
tilat. Tum quia ratio formalis
indiuiduitatis deſumitur ex in-
26 digentia † dominantis non ex
præſtatione ſeruientis *l. Ergo §.*
fin. ff. de ſeruit. ruſt. prædior. Indi-
gentia enim, ſi indigentia eſt,
non admittit diuiſionem ſine
damno ſubiecti, quod facit rem
indiuiduam *l. non amplius §. fin.*
ff. de leg. 1.

Hodie tamen ſtabilio alimen
27 ta & ipſa † indiuidua, licet præ-
ſtatio commoditatis alimento-
28 rum ſit † diuidua, quod contin
git in omnibus indiuiduis *l. ſi*
partem fundi ff. de ſeruit. ruſt. præd.
l. 2. §. aquæductus ff. eod l. 4. § inter-
nalla ff. de ſeruit. l. uia ff. eod. l. 2. et
l. 5. ff. de aq. quotid. et æſt. l. arbor §.
aquarum iter ff. comm. diuid. non
ſecus ac ſi alimẽta, indigentiãq;
tuam repetas à pluribus agellis
29 qui ſinguli naturaliter † inte-
gram indigentiam, ſolidaq. ali-
menta præſtare non poſſunt; ita
nec ſolidam indigentiam, aut
integra alimenta à ſingulis pe-
tas hæredibus, qui ſinguli ad ſo
lidum ciuiliter ex hominis di-
ſpoſitione non tenentur. Neque
ideo ibi vſus, & indigentia di-
uidua eſt, ſed neque hic diuidua
ideo ſunt alimenta.

Quod ſi velis cum Iaſone *in d.*
l. ſtipulationes non diuiduntur, in
princ. num. 30. ff. de uerb. oblig. poſt
Bartolum ibidem, alimenta differ-
re longè. q; ad hoc pertinet, ab
30 vſu; quia vſus debetur à re †
perſonæ, & alimenta à perſona
31 perſonæ, rem tibi integram †
non relinquo ſolùm, ſed ampli*
comprobo per dicta Pariſ. qui
Iaſonem non refert, ſed nec im-
probus referret, vbi ſecum ſen-
32 tiat, *par. 3. num. 309.* quòd ius †
eximendi certam, vel incertam
quantitatem Cretæ, vel lapidũ,
modò nihil operatur in fundo,
33 & eſt quid diuiduum; modò †
ſeruitutem operatur in fundo,
& eſt quid indiuiduum.

Illud verò quod ſcripſit idẽ
in 3. par. n. 91. ſcilicet, quòd vſus
34 qui non minuitur † concurſu
peruenit ad omnes inſolidum,
aliàs tantum pro partibus; ſi à
me quæras an iure probetur, re
ſpondeo affirmatiuè, *eſt enim*
textus in l. ſi vt certo §. ſi duobus
vehiculum ff. commod. ibi: Vſum
autem

autem balnei quidem, vel porticus, vel campi, vniuſcuiuſque inſolidum eſſe, neque enim minus me vti, quòd & alius vteretur. Verum in vehiculo commodato, vel locato, pro parte quidem effectu me vſum habere, q̃a non omnia loca vehiculi teneã. Hęc textus. Vbi ſatis potes per-
35 ſpicere, quòd ille † textus non loquitur de vſu quatenus iuris eſt, & quatenus ſeruitus eſt, ille enim potius perit, vel vitiatur, quàm diuidatur; Sed intelligendus eſt de vſu, quatenus facti eſt, & quatenus cõmoditas eſt, *gloſſ. in l. Vſus pars, in verbo Pro parte ff. de vſu, & habit. alia gloſſ. in d. l. ſi vt certo* §. *ſi duobus vehiculum, in uerb. uehiculi ff. commod. Et iam, ut monui, collig tur ex textu* ibi: Pro parte quidem effectu me vſum habere.
36 Vtilitas verò † maxima eſt, q̃ ſentiens dum egero de Habitatione.

Secunda ſit concluſio, quòd
37 Habitatio & ipſa † ſeruitus indiuidua eſt, *l. ſi habitatio legetur, in princ. ff de uſu, & habit. gloſſ. in l. 1.* §. *ſi uſusfructus in uerb. Neq. uſus ff. ad l. falcid. Alex. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. n. 22. ff. de uerb. oblig.*

Neque obſtat, quòd *textus in l. Cum antiquitas C. de uſufr.* eam
38 magis † vſufructui qui diuidu' eſt, quàm vſui, q̧ eſt indiuiduus æquiparare videatur. Etenim
39 ibi Imperator non† agit de diuiduitate, aut de indiuiduitate Habitationis, ſed de vtilitate, quo loco eam magis aſſimilat Vſufructui, quàm vſui, reſpectu licitæ locationis, vt idemmet Iuſtinianus explicat in §. *ſed ſi cui Inſt. de uſu, & habit.*

Sed nec facit difficultatem, q̧ in eademmet *l. Cum antiquitas dicitur* poſſe legari vſumfructũ Habitationis, vſuſfructus autẽ
40 diuiduus eſt. Namque nõ† ideò ibi cenſetur legatus verus vſuſfructus habitationis, ſed ipſa adhuc habitatio, cum ſeruitus
41 † ſeruitutis eſſe nõ poſſit *l. 1. ff. de uſufr. legat. gloſſ. in d. l. Cum antiquitas, in uerbo ſi habitationis uſumfructum C. de legat.* Sed nec ideo efficitur diuidua Habitatio, quia & ſeruitutum commoditas diuidua eſt, quod ſæpius diximus, ipſæ nihilominus ſeruitutes indiuiduæ ſunt.
42 Sed nec † obſtat *textus in l. ceterum ff. de uſu, et habit.* vbi, ſi tam ſpatioſæ domus habitatio ſit relicta homini mediocri, vt portiuncula contentus ſit, poterit
43 reliquam habitationem † locare, nec erit ei inuidendum. Ete-
44 nim non locatur † habitatio, aut portio habitationis, ſed cõmoditas, vel portio commoditatis ipſius habitationis, quæ diuidua eſt; Sic namque omnia iura intelligenda ſunt dum di-
45 cunt† vſumfructum, & Habitationem locari poſſe, neq. enim ius illud perſonale in ſe locari po-

Digitized by Google

poteſt,ſed tantum commoditas
iuris, *Port.in* §.1.*nu.* 5.*Inſt.de uſu-
fr.*Caroc. *de locato, par.* 1. *in tit. de
uſufr.nu.*8. Idem prorſus dum di
46 cimus domum † poſſe diuidi *l.
ſi quis duas* §.*ſi quis partem ff. cōm.
præd.* Etenim non ideo diuidi-
tur habitatio,ſed commoditas,
vel habitatio,modificatur.

Vtilitas ea eſt interim ex Mo
derniorum ſententia ; quòd ſi
pluribus legetur habitatio ali-
47 cuius domus † ij omnes agent
ſinguli ad ſolidam, & integram
habitationem,quamuis per cō-
48 curſum deinde ſibi faciant †
partes in commoditate habita-
tionis, *Bald. in l.manifeſtè nu.*2.C.
*ſi unus ex pluribus hæredibus, Idem
Bald.in l. ſi plures* C. *de condit. in-
ſert.*

Sed ego dico hāc vtilitatem
aliunde quoque procedere, q̃
ex indiuiduitate habitationis,
49 ſcilicet ex† coniunctione mix-
ta, quæ operatur ius accreſcen-
di, vel non decreſcendi, vt de
50 † communi *Ripa in l.re coniuncti,
num.* 54.*ff.de leg* 3.*ſed & eſt textus
in l. triplici ff. de verb. ſignif. de
communi,de opinione omnino tenen-
da, à qua non ſit recedendum in hac
formula aduerſus Alex.& alios te-
ſtatur Graſſ. in* §. *ius accreſcendi,
quæſt.* 6. *nu.*2. quare idem in hac
formula contingeret in vſufru-
ctu, qui tamen diuiduus eſt, vt
ſcilicet vſusfructus fundi pluri-
bus relictus poſſit à quolibet ab
51 initio in † ſolidum peti,licet p
52 concurſum deinde in partes †
diuidatur,*Graſſus loco cit. & q.*9.
*num.*2.

Quòd ſi iterum inſtes,ſaltem
in eo vtilitatem poſitam, quòd
etiam poſt acquiſitam vtrinq;
habitationis ſeruitutem, quæ
duobus legata ſit, vel vndiq́. ſi
trib⁹ aut pluribus,altero adhuc
decedente ſuperſtitem alterū
53 † ſolidam retinere habitatio-
nem ; dico adhuc illud non eſ-
ſe ex indiuiduitatis prærroga-
54 tiua, ſed ex†imperfectione ac-
quiſitionis ; quòd & idem om-
nino eſt in vſufructu, qui ſerui-
tus eſt diuidua, in quo quoti-
die noua eſt acquiſitionis for-
55 ma, quia vſusfructus† nunquā
plenè, & perfectè acquiritur,
ideoq́. ēt poſt omnium accepta
tionem, ſi alter ex vſufructua-
rijs decedat,vel aliàs eius por-
56 tio † deficiat, ſtatim deficiens
portio alij accreſcit, vt de com
muni *Ant. Gomez. uariar. reſolut.
Tom.*1.*cap.*10.*nu.*41. *Vaſq.de ſuc-
ceſſ.progreſſ* §.21.*nu.*51.*Graſſ.qui
& Crot. et Bologn. et alios allegat
in* §. *Ius accreſcendi, quæſt.*9.*nu.*2.

Tertia cōcluſio : Vſusfructus
57 ſeruitus † diuidua eſt *l.*1. §.*ſi
uſusfructus ff.ad l. Falcid. l.ſi uſuſ-
fructus,in princ.ff.eod. l.uſusfructus
et ab initio ff.de uſufruct. l.et ſi for-
tè* §. *etiam ff. ſi ſeruit. uindicet. l.et
per iuſiurandū* §.1.*ff.de acceptilat.*

Dura certè ſi lex, quam hu-
cuſque non vidi *contritam*,ea eſt
58 † verò : Vſusfructus eſt ius, ꝙ
eru-

Digitized by Google

erubeſcerem ego probare; Iura ſunt indiuiſibilia, ſuo loco *in Inſtit. de rebus corpor. et incorpor.* cur ergo vſusfructus diuiduus eſt?

Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. num. 16. ff. de uerb. oblig. dicit, quòd vſusfructus
59 eſt indiuiduus ſecundum † naturam, diuiduus tamen ex iuris diſpoſitione.

Hoc pace tanti viri, quantus eſt apud totum terrarum orbẽ
60 Bartolus, falſum † eſt, quod.n. indiuiſibile natura eſt, quomodo fieri poteſt diuiſibile ex lege, multa lex poteſt, fatemur, nihil tamen ſupra naturam *l.fin. C.de hæred.act.l.2* § 1. *ff de uſufr. ear.rer. quæ uſu conſum. l.ea quæ in nominibus C.fam. hercifc.l hæredes §.an ea ff.eod.* Et *ipſemet Bartol. in materia ſeruitutum, in l.pro parte, ad mediam ff de ſeruit.* dicit, quòd ſeruitus, quę indiuidua eſt, nullo modo diuidi poteſt, & in genere dixit idem *Bartol. conſ. 75. uiſo, num. 2. par. 1. poſt textum in l. qui ad certum, in fin. ff. locat. in l. ſi pater, in fin. ff. de adopt.* quòd lex
61 circa ea non poteſt, quæ † natura impoſſibilia ſunt.

Bartolus in eadem l ſtipulationes non diuiduntur, in princ. num. 18. ff.
62 *de uerb. oblig.* dicit iura, & alia † incorporalia eſſe indiuidua, imò indiuiſibilia ſecundũ propriam naturam, effici tamen diuidua ratione adiuncti.

63 Hoc & ipſum verum † non eſt, tum per ea, quæ mox diximus, tum quòd etiam vſus & habitatio hac ratione diuidua eſſent ratione adiuncti. Niſi dixeris fundum, & domum po-
64 tius † multiplicabilem, quàm diuiſibilem *l.ſi quis duas §.ſi quis partem. ff.commun. prædior.l. locus ff.de verb.ſignif.*

Ego dico vſumfructum maximè ad factum pertinere, nec ius eſſe ſolã reſpiciens, aut prędij, aut hominis indigentiam, quales ſunt aliæ ſeruitutes, ſed ſolum factum vtendi fructibus,
65 quot quot † ij ſint.

Difficultas autẽ illa, quæ maximè torquet interpretes, nulla eſt; ſcilicet vſus eſt indiuiduus *l.Vſus pars ff de uſu, et habit. gloſſ. in l. Si ut certo §. ſi duobus uehiculum, in uerb. uehiculi ff. commodat. gloſſ. in l.1. §. ſi uſusfructus, in uerb.*
66 *Neque uſus ff. ad l. Falcid.* Sed † vſusfructus non poteſt eſſe ſine vſu *l. Per ſeruum §. 1. ff de uſu, et habit.* igitur, & vſusfructus indiuiduus eſt.

Nulla eſt, inquam, difficultas; non quòd placeat illorum reſponſio, qui dicunt vſumfructũ, & vſum eſſe, quemadmodũ crumena eſt, & nummi, & verò crumena indiuidua eſt, quia habet
67 † certam formam *l. ſtipulationes non diuiduntur in princ. ff. hoc*
68 *tit. de uerb. oblig.* nummi autem † diuidui ſunt *l. 2 §. 1. ff. eod.* peccat enim in duobus hæc reſponſio, primò quòd nõ eſt reſpõſio

ſed

Digitized by Google

69 ſed inſtantia,& inſtantiam † af-
ferre non eſt ſoluere difficulta-
tē, vt poſt philoſophos docuit
Decius in rubr.num.4.ff.de reg.iur.
Secundò quia crumena, & num
mi ſunt res prorſus ſeparatæ,
cùm & nummi ſine crumena,&
crumena ſine nummis eſſe poſ-
ſit, at vſusfructus ſine vſu eſſe
70 non poteſt imo nec † fructus
l.Per ſeruum §.1.ff.de uſu,& hab.t.
Dico ego, quòd vſus eſt to-
71 tus in † toto, & totus in quali-
bet parte vſusfructus, ſeu fru-
ctus; licet ideo vſus ipſe perſe-
ueret adhuc indiuiduus,non ta
men cōſtituit vſumfructum in-
diuiduum, quemadmodum, &
anima rationalis quæ ſemper
perſeuerat indiuiſibilis non ic-
circo hominē facit indiuiſibilē.
Placet & reſponſio *Rubei A-
lex. in l.Gallus § quidam rectè, nu.*
134. *ff.de lib. & poſth.* ſcilicet ꝙ
vſus non eſt in vſufructu tanquā
ſeruitus, & quid indiuiduum,
72 ſed tanquam † commoditas,&
quid diuiduum. Ad quod, dum
nihil Rubeus allegat, allego e-
go *textum in l.4. in princ.ff. ſi ſer-
uit. vind.* vbi quis poteſt habere
iter ſine actu, & actum ſine iti-
nere,& tamen *textus in l. 1. ff de
ſeruit.ruſt.præd.& in l.fin ff.de ſer
uit. urb. præd.* dicit, quòd benè
datur iter ſine actu,ſed actus in
cludit iter *Gloſſa 3. in d. l. 4. in
princ.ff. ſi ſeruit.uind.* dicit, quòd
73 verè Iter & † Actus ſunt ſerui-
tutes diuerſæ,& actus non con-
74 tinet eſſentialiter † iter, & ita
procedit *text.in d.l.4. in princ.ff.*
75 *ſi ſer. vind.* ratione tamen † com
moditatis actus continet iter,
& ita intelliguntur contraria;&
*eſt gloſſ. 1. in l. 2. ff. quemadm. ſer-
uit. amitt.*

Quare autem vſusfructus di-
uiduus ſit,cæteræ ſeruitutes in-
diuiduæ.

Moderniores quidā eam di-
xerunt eſſe rationem, quia aliæ
76 † ſeruitutes continent factum
perſonale,perſona autem diui-
di non poteſt, at verò vſusfru-
77 ctus continet † fructus, & ſic
quantitatem,quantitas verò di-
uiſibilis eſt *l. communi diuidundo
2.huius initij §.cum de uſufructu ff.
comm.diuid.l.2.§.1.ff.de uerb.obl.*
Hæc ratio non placet, quia
78 aquæductus eſt ſeruitus † indi-
uidua *l. ſtipulationes non diuidun-
tur,in princ ff de uerb. oblig.* atta-
men non requirit factum homi-
79 nis perſonale,quare † inter ſer
uitutes continuas ponitur;non
80 ſic aquæ † hauſtus *l.ſeruitutes 4.
ff.de ſeruit.*Quinimo ſi fidem ad-
hibemus Ferrario *Montano Inſt.de*
81 *ſeruit.* In † aquæ ductu non re-
quiritur factum hominis, huma
82 naq. continua opera, ſed in †
vſufructu requiritur, quemad-
83 modum & in † vſu requiritur
hominis factum, humanaq. con
84 tinua opera;ſed & in † Iuriſdi-
ctione. Recenſentur tamen &
hæc poſteriora inter continuas
85 ſeruitutes, quia animo † poſſi-

M deri

Digitized by Google

deri ſolent. Hæc ille.

86 Vera ratio † differentiæ ea eſt, de qua *Bart. hic num. 29.* quòd ſeruitutes reales conſtituuntur
87 iuxta indigentiam † prædij dominantis *l. ergo ſecundum, in fin. & l. veluti ff. de ſeruit. ruſt. præd.* perſonales verò ſecundum indi
88 gentiam † perſonæ §. 1. *Inſt. de uſu, & habit.* quæ indigentia, ſi indigentia eſt, non admittit diuiſionem ſine damno ſubiecti, ideoque facit rem indiuiduam *l. non amplius §. fin. ff. de leg. 1.* quæ non contingit in vſufructu.

Dices, hac atteta ratione Habitatio aliquando ſeruitus eſſet diuidua, nec enim perpetuò reſpicit perſonæ indigentiā, quare ſi tam ſpatioſæ domus vſus ſeu habitatio relinquatur homini medioeri vt portiuncula contentus ſit, ſi penſionem percipiat, dum ipſe quoque inhabitet, non erit ei inuidendum inquit *Vlpianus in l. Cæterum ff. de uſu, & habit.*

Sed ſoluta erit difficultas, ſi dicamus caſus particulares diuerſim aliquādo contingentes non officere regulę, ſed eoſdem ſub eadem regula quamuis diuerſa etiam inuitos comprehēdi *Cagnol. in l. omnis definitio ff. de*
89 *reg. iur.* Vel etiam † dicamus Habitationem omnino ſpatioſiorē reſpicere indigentiam moralē hominis ſaltē ex deſtinatione, *textus eſt in l. Diuus Hadrianus §. Licet ff. de uſu, & habit.* ibi: Licet tàm anguſtus eſt legatarius cui domus vſus legatus eſt, vt non poſſit occupare totius domus vſum: tamen eis quæ vacabunt proprietarius non vtetur: quia licebit vſuario alijs, & alijs temporibus tota domo vti: Cum interdum domini quoque ędium, prout temporis conditio exigit, quibuſdam vtantur, quibuſdam non vtantur.

Quod autem dicitur *in 3. par. num. 298.* vſumfructum caſtro
90 debitum eſſe ſeruitutem † prædialem, debitam à re rei, id mihi non arridet cùm municipib⁹
91 † cenſeatur relictus *l. An vſusfructus ff. de uſufr. l. ſi uſusfructus 2. huius initij ff. de uſufr. legat.*

Vſus potius poteſt eſſe ali-
92 quando ſeruitus quaſi † prædialis, quid .n. ſi pecorū vſus legatus mihi ſit, neque agnis, neque lana vtar ego vſuarius. Planè ad ſtercorandum agrum meum pecoribus vti poſſum §. *item'is ad quem Inſt. de vſu, & habit. l. Plenum autem §. ſed ſi pecoris ff. de vſu, & habitat.*

Sciendum autem eſt non ſolum vſumfructum diuiduum eſſe, ſed etiam cautionem ſeu ſti-
93 pulationem fructuariam † & ipſam diuiduam eſſe *l. 4. §. ſi is qui duplam ff. de verb. obligat.* & qui-
94 dem in omni † capite diſtinguendo tamen, vt inferius. Ha-
95 bet enim ſtipulatio † cautionis fructuariæ tria capita; primum eſt: Vſufructuarium vſurū fruiturum

turum boni viri arbitratu;ſecũdum: Cum vſusfructus ad eum ptinere deſinet, reſtituturum q̃ inde extabit, *textus in l. 1. ff. vſufr. quemad. cau. in princ.*; tertiũ; Dolum malum abeſſe, & abfuturum eſſe *l. huic ſtipulationi ff. vſufr. quemad. cau.* Priores duæ ſtipulationes ſatis diuiduæ probantur *ex d. §. ſi is qui duplam.* Poſtrema ſtipulatio enixè, & p ſe hæredes comprehendit promiſſoris *l. ſtipulatio iſta habere licere §. ſi quis dolum malum ff. de uerb. oblig.* Ideo in hæredibus
96 hæc ſtipulatio: dolum † malum abeſſe, & abfuturum eſſe; ſi cõmiſſa ſit ſtipulatio ex dolo promiſſoris, ea diuidua eſt inter hæredes proportionibus hæreditarijs *l. eadem dicemus, in princip. ff. de uerb. obl.* ſi verò ſit commiſſa ex dolo hæredum, cum æſtimatio referatur ad dolum, hæres qui peccauit, non pro parte hæreditaria conuenitur, ſed inſolidum, *l. In depoſiti ff. de poſ.*

Pariſ. uerò diſtinguit par. 1. num. 42. inter effectum iam exactæ cautionis, & eiuſdem cautionis
97 exactionem; vt † præſtita cautio ſit diuidua omnino, præſtan
98 da † verò ſit indiuidua, quia cuiuslibet ex proprietarijs vel proprietarij hæredibus intereſt totam rem ſaluam fore.

SVMMARIVM.

1 *Amplius non agi, Si adijciatur rei diuiduæ, & ipſum diuiduum eſt ex Bartolo.*
Si indiuiduæ, indiuiduum, num. 2.
Et eſt diſtinctio communis, nu. 3.
Quam tamen reijcit Author, n. 4.
5 *Catonis propoſitum in ſtipulatione Amplius non agi.*
6 *Amplius non agi, indiſtinctè diuiduum eſt.*
7 *Amplius non agi ſecundùm ſe diuiduum eſt ex Bologneto.*
Factis autem adiectum, illorum ſequitur naturam, num. 8.
9 *Amplius nõ agi, ſecundùm ſe, & in abſtracto, nihil eſt ex Authore.*
10 *Amplius non agi refertur ad ſeruitutes modò formatas, modò formandas ex Bartolo.*
Sed potius ad facta ex Alciato, num. 11.
12 *Stipulationes pœnales facti negatiui in ordine ad ſeruitutes, & ipſæ indiuiduæ ſunt.*
13 *Iter non fieri perperam à multis congeritur in noſtro textu.*
14 *Stipulatio pœnalis facti indiuidui, ſiue negatiuè, ſiue affirmatiuè ſit concepta, indiuidua eſt.*
Vtilitas, num. 15.
15 *Amplius non agi, ſi ad ſeruitutes referatur, non differt ab ea ſtipulatione Ire, agere non licere.*
17 *Stipulatio de ſeruitute formata, vel formanda, indiuidua eſt.*
18 *Iter non fieri, Ire agere non licere, ſunt ſtipulationes modò de ſeruitute formata, modò de formanda.*

Magis tamen propriè de formanda, num. 19.

20 Amplius non agi, ſi ad ſeruitutes referatur, eſt ſtipulatio de ſeruitute formata.

21 Stipulationes de ſeruitute formata indiuiduæ ſunt.

22 Moleſtia quò ad ius nullam facit pœnam.

23 Moleſtia quò ad factum facit pœnam modo indiuiduo.

24 Amplius non agi, non pertinet ad ſeruitutes.
Sed nec ad factum, num. 25.
Pertinet verò ad lites, actiones, & exactiones, num. 26.

27 Amplius non agi, & Amplius non peti, an ſint idem.

28 Amplius non peti, non pertinet ad ſeruitutes.
Sed ad lites, actiones, & exactiones, num. 29.

30 Amplius non agi, in dubio ſolum reſpicit effectum.
Ex coniecturis tamen etiam ad litem refertur, num. 31.
Et quidem in dubio, ſi ſuper controuerſo interponatur, num. 32.

33 Amplius non agi pertinet interdũ ad Tranſactionem.

34 Tranſactio eſt verè & propriè contractus, vltro, citroque obligatorius.

35 Συναλλαγμα eſt baſis ſtabiliendi contractus propriè accepti.

36 Tranſactio non eſt purus diſtractus.
Sed nouus contractus noua continens pacta, num. 37.

38 Diſtractus non continet noua placati

39 Tranſactio eſt contractus innominatus.
Re tamen integra non admittit pœnitentiam, num. 40.

41 Trãſactio ex parte actoris quid ſit.
Quid item ex parte rei, num. 42.

43 Tranſactio in quamlibet ſpeciem contractus innominati cadere poteſt.

44 Συναλλαγμα quid ſit.
Potiſſimum, num. 52.

45 Cõtractus Synallagmatici alij ſunt Διπλευρα.
Alij Μονοπλευρα, num. 46.

47 Συμβολαιον duplex.

48 Συναλλαγματα ſemper ſunt Διπλευρα ex Authore.

49 Conuentio quid.

50 Συμβὸλαιον Μονοπλευρα quid.

51 Συμβὸλαιον Διπλευρα quid

53 Amplius non agi qui violat peccat pro ſua tantùm portione reſpectu pœnæ.
Sed & ratione expenſarum, n. 54.

55 Amplius non agi qui violat tenetur modo diuiduo.
Peccat enim ſolus pro portione ſua, num. 56.
Sed ratione pœnæ pro quota. n. 57.
Ratione expenſarũ pro virili, n. 58
Infertur, nu. 59.

60 Amplius non agi qui violat, ratione pœnæ conuenitur pro quota, etiam ex Rota Romana.
Ratione expenſarum pro virili, ex eadem num. 61.

62 Amplius non agi violato, nullus eſt regreſſus aduerſus cohęredes.
Ratione tamẽ expenſarum ſaluus eſt regreſſus, num. 63.

64

64 Expenſæ dicuntur pœna.
Impropriè tamen, num.65.
66 Pœna ſemper pœna eſt, & vndiq.
67 Expenſæ ſunt pœna ex perſona ſoluentis.
Impenſæ tamen ex perſona petentis, num.68.
69 Amplius non agi, & Amplius nō peti, an differunt ſubſtãtialiter.
70 Text. in l. Amplius non peti ff. rem ratam haberi, declaratur.
71 Amplius non agi, & amplius non peti differunt penes quatuor.
72 Pactum de non petendo prohibet petitionem, & iudicialem, & extraiudicialem.
73 Pactum de non agendo impedit ſolam petitionem iudicialem.
74 Pactum de non petendo prohibet receptionem ſolutionis, etiam extraiudicialis.
Reijcitur hæc opinio, num.80.
75 Pactum de non agendo non prohibet receptionem ſolutionis extraiudicialis.
Prohibet tamen iudicialem, n.81.
76 Pactum de non petendo tollit ipſo iure naturalem obligationem.
77 Pactum de non agendo non tollit ipſo iure naturalem obligationē.
78 Pactum de non petendo non impedit litis conteſtationem.
79 Pactum de non agendo impedit litis conteſtationem.
80 Pactum de non petendo ſub pœna prohibet receptionem ſolutionis, etiam extraiudicialis.
82 Pactum nullum prohibet receptionem ſpontaneæ ſolutionis.
Nec etiam iuratũ, & quare, n.83
84 Renuncians hæreditati paternæ, etiam cum iuramento, ſi hæres à patre inſtituatur, hæreditatē ipſam conſequi poteſt.
Ratio adducitur, num.85.
86 Donatio,
Renunciatio, &
Pactum de non petendo, vix differunt.
Egent ideo hæc tria inſinuatione, ſi legitimam ſummam excedant, num.87.
88 Pactum de non petendo, aut de nō agendo, non tollit ipſo iure priorem obligationem, ſed tantùm ope exceptionis, num.89.
90 Tex. in l. Creditori §. nam exceptio C. de pact. declaratur.
91 Text. in l. Stichum §. naturalis ff. de ſolut. declaratur.
92 Text. in l. Si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. expenditur.
93 Pactum de non petendo continet etiam pactum de non agendo.
94 Amplius non agi, &
Amplius non peti an idem ſint cum illa ſtipulatione Rem ratã haberi.
95 Rem ratam haberi, eſt genus, & quomodo.
96 Amplius non agi cohibetur ad litis renunciationem.
97 Amplius non agi, & Amplius nō peti, quam vim habeant.
98 Rati promiſſio, ſi ad ipſummet promittentem referatur, ſucceſſiua eſt, & perpetua.
Habetque duo capita, num. 99.
Si ad alium, vnum tantùm caput, nu.100.

Equi

Digitized by Google

101 *Equi pars an peti poſſit.*

102 *Hominem certum debens quomodo liberetur ſoluendo partem.*

Ratio expenditur, num. 103.

104 *Indiuidui certi pars qua ratione peti poſſit.*

105 *Amplius non agi an ſit diuiduum in ordine ad Equum in genere, & Hominem incertum.*

Videtur enim indiuiduum, n. 106.

Sed ſoluitur, num. 107.

108 *Tex. in l. In executione §. pro parte ff. de verb. oblig. declaratur.*

109 *Text. in l.* 5. *§. ſi ſortem promiſeris ff. de verb. oblig. declaratur.*

110 *Amplius non excipi, eſt factum diuiduum.*

Ratio affertur, num. 112.

111 *Excipiens dicitur agere.*

113 *Promiſſio de non offendendo eſt indiuidua.*

Infertur, num. 114.

Ratio affertur, num. 115.

116 *Promiſſio de non offendendo ſi eſt voluntaria, & conuentionalis indiuidua eſt.*

Secus ſi neceſſaria, & prætoria, num. 117.

118 *Text. in l. pœnales §. Iulianus ff. ad l. Falcidiam, declaratur.*

119 *Promiſſio conuentionalis de defendendo indiuidua eſt.*

Diuidua, ſi ſit prætoria, num. 120.

Niſi repugnet ſubiecta materia, num. 121.

122 *Promiſſio non prætoria de defendendo, quando ſit diuidua.*

Adducitur certa facti ſpecies ad hoc, num. 123.

124 *Text. in l. ſi communes ædes ff. de negot. geſt. declaratur.*

125 *Damni infecti cautio prætoria eſt.*

Et quidem cautionalis, num. 126.

127 *Prætoria ſtipulatio iam formata in perſona vnius, indiuidua eſt.*

128 *Hæredes obligationis conditionẽ non immutant.*

129 *Prætoria ſtipulatio qua ratione ſit indiuidua in caſu l. In ſtipulatione ff. de damn. inf.*

130 *Prætoria obligatio vbi tota ad vnum pertinet, indiuidua eſt.*

Vel potius incongruæ diuiſionis, num. 131.

132 *Stipulatio de defendendo, quare inſolidum committatur.*

133 *Intereſſe aliquando indiuiduum eſt.*

Etiam de iure prætorio ob ceſſantem æquitatem, num. 134.

135 *Pœna cur diuidua quò ad hæredes.*

136 *Hęredes non immutant conditionem prioris obligationis de rigore ciuili.*

Secus aliquando de æquitate prætoria, num. 137.

Quæ tandem non eſt immutatio, ſed moderatio, num. 138.

139 *Promiſſio de non offendendo eſt indiuidua, ſi pœna ſit repetibilis.*

Secus ſi irrepetibilis vt in exemplo, num. 140.

141 *Offenſus impunè nõ poteſt deinde à cohærede repetere intereſſe.*

142 *Pace ab vno fracta, quando dicantur omnes ex eadem parte pacẽ fregiſſe.*

143 *Stipulatio pœnalis prętoria quãdo iterum inſolidũ committatur.*

Quam-

Quamquam ratione amiſſionis totius commodi id vix contingere poteſt, num. 144.
Etiam, ſi pœna ipſa indiuidua ſit, num. 145.
Etiam, ſi pœna conſiſteret in ſpecie certa, num. 146.
147 Promiſſio de non offendendo an committatur, ſi offendatur frater, vel vxor ſtipulatoris.
Quamquam verior vt certis caſibus neutra in re pœna committatur, num. 148.
149 Actio ad pœnam pro alia perſona offenſa ad hoc vt competat, duo copulatiuè requiruntur.
150 Fratre offenſo non competit fratri actio iniuriarum nomine proprio.
Fallit, num. 151.
152 Vxor, non ex iniuria, ſed ex libidine, in dubio proſtitui putatur.
Quod de iure vix admittit Author, num. 154.
153 Furtum in dubio non ex iniuria factum cenſetur, ſed ex auaritia.
155 Stipulatio euictionis accedit ad promiſſionem de defendendo.
156 Stipulationes fructuariæ, damni infecti, & ex operis noui nunciatione, pertinent ad cautionem de non offendendo.
157 Euictionis ſtipulatio ex parte ſtipulatorum, & hæredum ſtipulatoris, diuidua eſt.
Ex parte promiſſoris eſt indiuidua, num. 158.
Sed & ex parte hæredum promiſſoris num. 159.
Ratio affertur, num. 160.
161 Venditionis natura indiuiſa eſt.
Exemplum datur, num. 162.
163 Subrogatio facit de diuiduo, imò diuiſo, indiuiduum.
164 Euictio binas habet obligationes ſeparatas.
Quarum altera diuidua modò, modò eſt indiuidua, num. 165.
Altera ſemper diuidua eſt, n. 166
167 Text. in l. Si rem quæ §. 1. ff. de euict. declaratur.
168 Stipulatio fructuaria quid ſit, remiſſiuè.
169 Dãni infecti ſtipulatio, vtrinque diuidua eſt.
Sed & ipſa miſſio diuidua eſt, nu. 170.
Ratio affertur, num. 171.
172 Cautio damni infecti prætoria eſt.
173 Prætoriæ ſtipulationes omnes diuiduæ ſunt ex æquitate.
Niſi manifeſtiſſimè ſubiecta repugnet materia, num. 174.
175 Nunciatio noui operis, ſeu illius ſtipulatio, quando agitur ad intereſſe, diuidua eſt.
Si verò ad operis deſtructionem, ea indiuidua eſt, num. 176.
Ratio, num. 177.
178 Opus fieri indiuiduum eſt.
179 Opus deſtruere æquè eſt, atque opus ædificare.
180 Promiſſio datur à lege mixta, & de non offendendo, & de defendendo.
Qualis eſt dolus ratione depoſiti, num. 181.
Vel culpa ratione commodati, nu. 182.
Datur tamẽ temperamẽtũ, n. 183

Dolus

184 *Dolus eſt diuiduus ex nonnullis.*
Qui fatentur alibi dolum eſſe indiuiduum, num. 185.
186 *Curæ, vel*
Cuſtodiæ obligatio de ſe indiuidua eſt.
Etiam in re aliàs diuidua, nu. 187.
188 *Dolus commiſſus ſemper præſtat actionem de dolo indiuiduam aduerſus doloſum.*
189 *Dolus commiſſus non ſemper præſtat actionem de dolo.*
Quid enim ſi plures doloſi ſint facilis conuentionis, nu. 190.
Certè potius ex contractu tenebũtur, quàm ex dolo, nu. 191.
Saltem, quando æſtimatio non refertur ad dolum, ſed ad intereſſe, num. 192.
193 *Actio de dolo eſt merè ſubſidiaria*
Infertur, num. 194.
195 *Actio de dolo vbi ſubſidiariè cõpetit, inſolidum competit.*
Tunc enim æſtimatio refertur ad dolum, nu. 196.
197 *Depoſiti, vel*
Commodati obligatio tria cõtinet, Reſtitutionem, Cuſtodiam, & facultatem reſtituendi.
Reſtitutio vi ipſa diuidua eſt, nu. 198.
Quid de cuſtodia, num. 199.
Quid de facultate reſtituendi, numero 200.
201 *Amplius non agi legale in ordine ad delicta indiuiduum eſt.*
Declaratur, num. 202.
203 *Pœna ex Amplius non agi legali, in ordine ad delicta, & indiuidua eſt, & multiplicata.*

ARGVMENTVM.

§ Amplius nõ agi, Amplius non peti, Rem ratam haberi, quatenus conueniat, quatenus item diſtet. Amplius non agi, an ad ſeruitutes referatur, an ad facta, an potius ad actiones. Nũ idem diuiduum ſit, etiam quo caſu agitur de facto in diuiduo. Quid de ſtipulationes illa Amplius nõ excipi. Quid tandem de Promiſſione de non offendendo, & de Promiſſione defendendo.

At ſi de eo cautum ſit, quod diuiſionem recipiat, ueluti Amplius non agi.

SECTIO VIII.

AN amplius non agi diuiduum ſit an verò indiuiduum, *Bartol. hic num. 28. in 5. quæſt. quem gregatim omnes ſecuti ſunt, Ripa num. 88. Socin. iun. num. 143. & alij*, firmant Amplius nõ agi modò diuiduũ eſſe modò indiuiduum pro natura rei, & ſubiecti, cui adijci-
1 tur; vt ſi res † diuidua ſit, & Amplius non agi diuiduum ſit, ſi

verò

verò indiuiduum ſubiectum,&
2 † indiuiduum quoque ſit ipſum Amplius non agi; quod voluit, *& Pariſ. nemine allegato in 2. par. num. 259. pag. 171. quibus aade ex profeſſo differentem Angelum conſ.* 326. Ex *themate, num.* 4.

3 Quæ diſtinctio dũ † omnibus probatur, mihi omnino diſpli-
4 cet; Nimis enim † peccaſſet Cato qui rem dubiam, hoc eſt ſtipulationem pœnalem an ea diuidua ſit, vel indiuidua, certam vellet edere indubiam reddere per aliud æquè anceps, & varium, ſcilicet per Amplius non agi, quod adhuc ſuſpicioſum eſſet an diuiduũ, an ind uiduũ.
5 Proponit ergo Cato † quæſtionem, an pœna ſit diuidua, vel indiuidua, & terminat quæſtionem, quod ſi pœna facto indiuiduo apponatur vt Iter fieri, & ipſa indiuidua erit; ſi verò facto diuiduo, vt Amplius nõ agi, & ipſa diuidua erit. Igitur in-
6 diſtinctè Amplius non agi † diuiduum eſt. Cæterum ita concludenda erat quæſtio à Catone, Pœna eſt alia indiuidua, ſi apponatur facto indiuiduo, vt Iter fieri; Alia verò diuidua modò modo indiuidua, qualis eſt illa quæ adijcitur ſtipulationi Amplius nõ agi; Alia ſimpliciter diuidua qualis illa quæ apponitur ſtipulationi Titium hæredemque eius ratum habiturum.

Turpiùs his omnibus lapſus eſt *Bolognet. hic num.* 189. dicens
7 Amplius non agi eſſe † diuiduũ ſecũdum ſe; ſed vbi factis adijcitur, tunc quia ſit acceſſorium,
8 illorum ſequitur † naturam, & pro factorũ diuiduitate vel indiuiduitate, & Amplius nõ agi diuiduum modò, modò indiuiduum eſt. Dicat quæſo mihi ad aurem Bolognetus quid ſit Am-
9 plius non agi ſecundum † ſe, & in abſtracto; qn examinet prius *not. in l. ſerui electione in princ. ff. de leg.* 1. *& in l.* 1. *C. de ſumm. trinit. atque ibi Bart. num.* 4. *hic eundem num.* 3.

Ego hac in re propono quinque examinanda, quorum

Primum eſt, an Amplius non agi referatur noſtro caſu ad ſeruitutem, an ad factũ, an potius ad litem, actionẽ, & exactionẽ.

Secundum an Amplius non agi idem ſit cum Amplius non peti, & vtrumque cum ſtipulatione Rem ratam haberi.

Tertium an Amplius non agi ſit diuiduum iis etiam caſibus, quibus de facto agitur indiuiduo, & qua ratione.

Quartum quid de ſtipulatione Amplius non excipi.

Quintum quid de Promiſſione de non offendendo, quid itẽ de Promiſſione de defendẽdo.

Ad primum

Bart. hic num. 28. quem omnes ſecuti ſunt. Mos enim eſt vetus, ferèq; à natura inditus, vt quemadmodum grues, ita & noſtri

iuris interpretes ; Grus namq́.
vbi gruat, & cæteræ congruunt
grues. *Bartolus dico, cum quo po-
tiſſimum ruit Crot.hic num.76.* hãc
noſtrã ſtipulationem Amplius
10 non agi † refert ad ſeruitutes
formandas modò, modò ad for
matas, expendit verò *text. in l.
Itinere ff. de ſeru. ruſt. præd. & l.
pro parte ff. de ſeruit.* cum tamen
11 hęc potius ad † facta pertineãt,
quàm ad ſeruitutes, quod ſen-
ſit etiam *Alciat.hic n.19.& n.22.*

Quanquam neutrum tandem
verum eſt,cum ſtipulationes pę
nales facti negatiui in ordine
12 ad ſeruitutes, & † ipſę ſint in-
diuiduæ qualis eſt illa Iter non
13 fieri, quæ † perperam à multis
congeritur in contextu noſtro,
nec enim ea legitur,aut in Pan-
dectis Florentinis, aut in vul-
gata editione, qualis & illa in-
diuidua eſt ſtipulatio Ire agere
non licere. Ideo ſiue negatiuè
14 ſiue † affirmatiuè concepta ſit,
pœnalis indiuidui facti ſtipula-
tio Iter fieri, Iter non fieri; Ire,
agere,licere; Ire, agere non li-
15 cere, vno hæredum contra †
quam cautum ſit faciente, ab
omnibus ſtipulatio committi-
tur, *vt eleganter Taurellus hic pag.
mihi 18. in uerbo, uel non fieri.*
Porrò ſi ad ſeruitutes negati-
uas, ſeu ad ſtipulationes facti
negatiui redigas ſtipulationem
illam,de qua agimus : Amplius
16 non agi : Cùm ſeriò non † dif-
ferat ab ea ſtipulatione Ire,age
re non licere, dicendũ eſſet eã
ſtipulationem Amplius non agi
eſſe indiuiduam, atque altero
hęredum aduerſus faciente pœ
nam ab omnibus cõmitti, quod
eſt contra verba textus noſtri,
vbi dicitur, quòd ſi de eo cau-
tum ſit, quod diuiſionem reci-
piat, veluti, Amplius non agi:
tum eum hæredem, qui aduer-
ſus ea fecit, pro portione ſua
ſolùm pœnam committere.

Et quod diſtinguit Bartolus,
& alij communiter, de ſeruitu-
te formata,vel formanda, nihil
eſt, quia vtroque caſu eſt ſtipu-
17 latio † indiuidua, cùm Iter nõ
fieri; Ire, agere non licere, ſint
18 ſtipulationes, modò de † for-
mata ſeruitute,modò de eadem
formanda, licet magis propriè
19 de † formanda. Amplius non
agi, ſi huc pertinet, eſt ſtipula-
20 tio de ſeruitute iam † formata.
Quę tamẽ omnes ſtipulationes,
ex dictis, indiuiduæ ſunt ; præ-
21 cipuum de ſtipulatione † for-
mata, eam enim eſſe indiuiduã
fatetur etiam Bartolus.Et equi-
dem quod ptinet ad ſeruitutẽ
formandam, ſi plures promiſe-
rint non fieri, non agi, ſi aliter
faciat contra,vel nulla commit-
titur pœna, vel tota, & omnes
afficiuntur ; ſi enim moleſtiam,
22 quò ad † ius ſpectem*,nulla cõ
mittitur pœna quia de iure nõ
intereſt ſtipulatoris *l. Pro parte
ff. de ſeruit.* ſi moleſtiam quò ad
23 † factum, iam non in partem
offen-

offenſus eſt ſtipulator, licet ab
vno ex promiſſoribus, ideoque
vnius facto omnes tenētur, ſed
cęteri familiæ erciſcundæ iudi-
cio ſarcient damnum *l. In execu-
tione, in fine principij ff. de uerb.
oblig. l. mulier §. 2. ff. de condit. Inſt.
l. per fundum ff. de ſeruit. ruſt. præd.*
Imol. & *Caſtrenſ. in l. 2. §. Ex his ff.
de verb. oblig. ita ut malè ſentiat
etiam Alciat. ipſe hic, num.* 198.
cum ſeq.

Ex quibus ideo amplius vi-
deas, & planè, quòd ſtipulatio
illa, de qua in textu noſtro, Am
plius non agi, non pertinet ad
24 † ſeruitutes, aut formatas, aut
25 formandas, ſed nec ad † factum.
Pertinet verò ad lites, actiones,
& exactiones puta Amplius nō
26 agi † condictione certi, vel alia
actione, *vt gloſſ. docet in noſtro* §.
Cato, in verbo Non agi, & plures
mox adducemus ex ijs, qui hæc
duo Amplius non agi, de quo
in textu noſtro, & Amplius non
peti, de quo *tex. in l. Amplius non*
27 *peti ff. rem ratam haberi,* pro † eo-
dem hactenus accipiunt, *ut gloſſ.
in l. ſi poſteaquam, in uerbo Egi ff.
de peculio, vbi Bald. &* Caſtrenſ.
*num. 2. Idem Caſtrenſ. in l. amplius
nō peti, nu. 3. ff. rem ratam haberi.*
At verò amplius non peti, quis
28 dixerit † ad ſeruitutes pertine
re? Sed imò ad lites, actiones, &
29 † exactiones. Ita tamen, vt ſcias
ſtipulationē hanc Amplius non
agi, de qua in 2. hoc Catonis re-
ſponſo, in dubio ſolum reſpice-
30 re † effectum, & exactionem; ex
coniecturis tamen nō ſuper ef-
fectu, & exactione tantùm, ſed
31 amplius ſuper † lite appoſitam
cenſeri. Præſumitur autem ap-
poſita ſuper lite etiam, & non
ſuper effectu, & exactione tan-
tùm, quando non interponitur
32 ſuper liquido, ſed ſuper † con-
trouerſo, vel ſuper conſeruatio
ne tranſactionis, *Pariſ. in 3. par.
num. 469. pag.* 473. Quamquam
aſſertionis huius veritas à pro-
ximo pendet capite.

Vides interea: Amplius non
33 agi pertinere interdum ad †
tranſactionem *de quo & Angel.
conſ. 326. Ex themate, num.* 4. quo
loco facilè labaris non authore
Bartolo, me non interprete. Dū
enim quærunt doctores, an tran
ſactio ſit contractus, diſſentiunt
pauci, cæteri cōueniunt omnes,
tranſactionem eſſe contractum,
34 ac verè & † propriè contractū,
vltrò nanq́. citròq́. obligatoriū
35 *συναλλαγμα*, ſcilicet, quæ eſt in †
ſtabiliendo contractu ꝓpriè ac-
cepto Citramontanorum baſis,
nec contemptum vnquam apud
Vltramuntanos fundamentum,
*ex l. Iuriſgentium in fin. princ. ff. de
pact. ex l. labeo la 2. 19. in ordine
§. contractum ff. de uerb. ſignif. Cu-
iac. lib. 2. in tit. de pact. ad d. l. Iuriſ-
gentium pag. mihi* 110. *Duaren. in
tit. de depoſ. cap.* 1. *pag.* 1005. *Hoc
certè voluit Bartol. in l. ſiue apud
acta, num.* 21. *C. de tranſact. in l. ſi
cauſſa cognita, num.* 4. *&* 5. *C. eod.*

36 *de tranſact.* neque enim ſolùm † finis, ac litium terminus eſt trãſactio, diſtractus ideo quidam; ſed nouus potius contractus no
37 ua † continens pacta ac placita *l. Contractus C. de fide inſtrument. l. ſi diuerſa C. de tranſact. Bart. in l. ſiue apud acta, num. 26. ibid. Bald. num. 13. C. eod. de tranſact. Baldus iterum in Rubr. in fin. C. de rerum permut.* quæ tum omnia, tum ſin-
38 gula † abhorrent à diſtractu, *l. ab emptione §. illud ff. de pact.* Con
39 tractusque certè † innominatus tranſactio eſt, non ideo tamen
40 etiam re integra † pœnitentiã admittens præter rerũ ordinẽ, *Bartol. in d. l. ſiue apud acta, nu. 21. Idem Bart. in l. Iuriſgentium, in princ. num. 1. ff. de pact. Alex. in l. dedi, in princ. num. 3. ff. de condict. ob cauſ. ibid. Bart. nu. 2. Bart. iterum in l. ſi pecuniam, in princ. num. 11. ff. eod. de condict. ob cauſſ. Alex. cõſ. 40. Circa, num. 1. 2. & 3. vol. 5. text. imo in l. quamuis C. de tranſaction.* Tandem eſt contractus
41 innominatus; Ab † actore: Remitto, & ſic facio in ſenſu negatiuo *l. 2. in princ. cum gloſſ. ff. de verb. oblig.* hoc eſt, Amplius non ago, vt reus det, vel faciat.
42 A † reo: Do, vel Facio, vt actor faciat, ſeu Amplius non agat. Quamquam trãſactio in quam-
43 libet ſpeciem contractus † innominati cadere poteſt. Hic tamen non eſt locus. *Vide Bart. in l. ſiue apud acta num. 22 & num. 23. C. de tranſact.*

Et quoniam *συναλλαγμα* in ma
44 nus incidit, ſcias quòd † *συναλλαγμα* eſt ſimultaneũ munus, ſimultaneæq. partes ac obligationes, cùm & cõtrahere ſit mutuo ac viciſſim trahere, qua de re *Alciat. in l. labeo à num. 7. ff. de uerb. ſignif.* quo fit vt vix ſuſtineas doctiſſimum *Cuiacium, de uerb. oblig. in princ. tomo 2. pag.* 291. qui voluit vt ex contractibus, quæ vo-
45 cant *συναλλαγματα* alia † ſint *διπλευρα*, ex quibus mutua obligatio naſcitur, qualis eſt emptio, venditio, locatio, condu-
46 ctio: alia † *Μονοπλευρα*, ex quo genere eſt ſtipulatio. Vides nanq. hic Cuiacium non ſolùm Alciato aduerſantem, quod minimum eſt, verum, & quod maximum Vlpiano apertè repugnantem in ipſamet *l. labeo ff. de uerb. ſignif* Rectius meo quidem iudicio ſenſiſſet, ſi ſcripſiſſet, vt
47 † *συμβόλαιον* duplex ſit, aliud *Μονοπλευρα*, qualis eſt ſtipulatio; aliud quod *διπλευρα*, qualia ſunt *συναλλαγματα*, puta emptio, ven-
48 ditio &c. vt ſit ſenſus, quòd † *συναλλαγματα* ſemper sũt *διπλευρα*, & ſic contractus propriè, ſemper vtrinque obligãtes. cõ-
49 uentio † verò, quo nomine cenſetur *συμβόλαιον*, interdum vnã tantum obligat, & eſt *συμβόλαιον*
50 † *Μονοπλευρα*, itaque contractus improprius interdum eſt *συμ-*
51 *βόλαιον* † *διπλευρα*, atque ideo cõtractus proprius vtrinque obli-
52 gans, & dicitur † *συναλλαγμα*.

Scias

Digitized by Google

Scias verò vt ad Amplius nõ agi nil amplius agentes redeamus, & ſtrictiùs, quòd qui facit aduerſus ſtipulationem illam, Amplius non agi, atque ideo agit,lites excitat, nõ ſolùm pec cat ſolus alijs immunibus, & q
53 dem pro † ſua tantùm portione reſpectu pœnæ appoſitæ, ſed ẽt
54 reſpectu † expenſarum, quo caſu ſit locus condemnationi in expenſis. Etenim & ipſe ſolus, qui amplius agit, tenetur, & q.
55 dem modo † diuiduo pro ſua tantùm portione, at longè diuerſo modo; Namque ratione
56 pœnæ, peccat † ſolus pro por-
57 tione ſua ſola.& quidem pro † quota noſtro textu vbi Iaſ. & omnes communiter.At verò ra-
58 tione expenſarum † peccat qui amplius agit ſolus pro portione ſua ſola, nõ tamen pro quo-
59 ta, ſed pro † virili. Quare ſi plures peccant aduerſus eã ſtipulationem Amplius non agi,
60 ratione † pœnæ quilibet conueniri tantùm poteſt pro quota,
61 ſed ratione † expenſarum quilibet conuenietur pro virili, *Rota Roman. apud Caputaq. par. 1.decis.343. expenſarum, Chartar. decis. Genuenſ. 28. Baptiſta Milanenſ. decis. 14. In cauſſa, num. 86. lib.1. D. Coſta de Ration. Rat. qu. 138. Quæſtionis, in principio, & eſt text. in l. reos §. cum tabulis ff. de duob. reis, not in l.1. C. ſi plures vna ſentent. Zaſius apud me correctus in l. Paulus reſpondit eos, in* *-5. Fallentia, ff. de re ind. Afflict. decis. 115. Sexdecim, num. 3. verſ. & omnes in virilem.*

Amplius illud obſeruandum, quòd vbi cõmittitur ſtipulatio illa Amplius non agi, ratione
62 pœnæ nullus eſt regreſſus † aduerſus cohæredes, vel conſocios peccantes,quia eſt materia prorſus diuidua; at verò ratio-
63 ne † expenſarum plures in expenſis condemnati pro virili, habent adhuc inter ſe ſaluum ius repetitionis pro quota, ſeu reductionis ad quotã, pro quota peccati,& ſuccumbentiæ, *Io. Papp. in ſuis deciſionibus, ſub tit. de expenſarum condemnatione, areſto 1.*

Hinc vides, quòd licet eiuſ-
64 modi † expenſæ dicantur pœ-
65 na *Inſt. de pœn. tem. litig.* † impropriè tamen pœna ſunt, pęna
66 enim ſemper pęna eſt, & † vndique, Tã ex perſona petentis, quàm ex perſona ſoluentis; impenſæ verò dum ſunt pœna ex
67 perſona † ſoluentis, is tamen qui petit non tanquam pœnam
68 petit, ſed tanquam † intereſſe, *Aſin. in ſua praxi §. 32. cap. 27.*

Ad ſecundum.

An Amplius non agi idem ſit cum Amplius nõ peti, & vtrũq. cum ſtipulatione Rem ratam haberi.

69 Et equidem vix eſt, vt † ſubſtantialiter differant Amplius non agi, & Amplius non peti, quod ſentiunt omnes in *noſtro*

tex-

textu §. *Cato, in l. Amplius non pe-*
ti ff. rem ratam haberi, in l. ſi po-
ſteaquam ff. de pecul. in §. *præte-*
rea el 1. Inſt. de exception. Bartol.
in l. nam & poſtea in princ. ff. de
Iureiur. qui vult, vt text. in l.
Amplius non peti ff. rem rat. hab.
70 ſibi quoque aſſumat † locum in
pacto Amplius non agi ſub pœ-
na. *Addo textum in l. ſi vnus* §. *pa*
ctus ne peteret ff. de pact. vbi pro
eodem ponuntur hæc pactum
de non petendo, pactum de nõ
agendo, rurſum pactum de pe-
tendo, pactum vt poſſit agere.
Exiſtimauit tamen *Innoc. in cap.*
1. de lit. conteſt. in 6. quem ſecutus
fuit Bart. Angel. Caſtrenſ. & hos
omnes Iaſon in l. ſi vnus §. *pactus*
ne peteret num. 36 ff. de pact. ex cir
71 cumſtantijs differre penes † qua-
tuor. Primum, quia pactum de
non petendo prohibet petitio-
72 nem, & iudicialem, & † extra-
iudicialem, pactum verò de non
73 agendo impedit † ſolam iudi-
cialem. Secundum, quod pactũ
de non petendo ſub pœna, pro-
hibet receptionẽ ſolutionis ẽt
74 † extraiudicialis, ſecus vbi ver
ſemur in pacto de non agendo,
quia nõ ideo prohibetur recep-
75 tio ſolutionis † extraiudicia-
lis. Tertium, quòd pactum de
76 non petendo tollit ipſo iure †
naturalem obligationem, cùm
ad hoc tendat, quod non eſt in
77 pacto de † non agendo, dicũtq́.
hanc eſſe magnam limitationẽ.
Quartum, quòd exceptio pacti
78 de non potendo non impedit †
litis conteſtationem, impedit
79 verò exceptio pacti † de non
agendo.

Verum primũ, vt mox lique-
bit, nutat; tria alia quemadmo-
dum non benè firmata, ita va-
na, & caduca. Quod enim aiunt
in ſecundo, ſcilicet pactum de
80 non petendo ſub pœna † pro-
hibere receptionem ſolutionis
etiam extraiudicialis, pactũ de
81 non agendo impedire ſolam †
iudicialem receptionem, nõ au-
tem extraiudicialem, falſum eſt;
licet enim prohibeatur conuen
tio vel iudicialis vel extraiudi-
cialis, receptio tamen ſolutio-
82 nis † non prohibetur quippe
remiſſo pacto *l. 2. C. de his quæ vi*
met. ve ca. quinimo idem eſt, ẽt
83 ſi eiuſmodi pacta eſſent † iura-
ta, cenſentur enim remiſſa per
ſpontaneam ſolutionem, vnà cũ
iuramenti vinculo; quemadmo-
dum, qui renunciauit, vel fecit
pactum de non petenda hære-
ditate paterna, vel de ad eã non
84 agendo, etiam † ſi pactum ſit
iuratum, ſi teſtator vocet, & of-
ferat, iam renunciatio, & pactũ
85 † etiam iuratum remiſſa cenſen
tur, *Surdus deciſ. 14. Comitiſſa Bar*
bara, per totam, qui num. 4. verſ.
Aliud tamen, dicit ita viſum fuiſſe
Senatui. Nec te moueat quòd
ibi agatur de renunciatione nos
verò ſimus in pacto de nõ peten
86 do; vix .n. eſt vt differant hæc †
tria Donatio, Renunciatio,
Pa-

Pactum de non petendo, *Rub. Alex. conſ.* 12. *Viſis nu.* 11. *Couarr. lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 4. *num.* 8. *Alex. in l. Neſennius* § *fin. in fin. ff. ad l. Falcid. Ripa in l. ſi vnquã nu.* 39. *C. de reuoc. donat. Clar. in* §. *donat. o, quaſt.* 16. *num.* 3. qui inde inferunt, & commune ſtabiliũt
87 pronunciatum hæc † tria egere inſinuatione ſi ſumma excedat.

Adde, quòd nec conuentio prohibita eſt aut iudicialis, aut extraiudicialis, quia non ideo per pacta huiuſmodi eſt ſublata
88 prior obligatio ipſo † iure per pactum ſcilicet de non petẽdo, aut de non agendo, ſed tantum
89 ope † exceptionis, vel replicationis, *l. ſi vnus* §. *pactus ne peteret ff. de pact.* qua de re mox eſt agendum. Vides ideo primum nutare, & fluctuare, quod iam commonui; ſecundum verò vanum.

Sed & tertium non modicam habet difficultatem; pactum .n. de non petendo, vel de non agẽdo non tollit ipſo iure priorem obligationem; ſed ope exceptionis, vel replicationis *d. l. ſi vnus* §. *pactus ne peteret ff. de pact.* quod voluit etiam *Iaſon ibid. nu.*
90 2. *Addo* † *textum vbi Iaſ. num.* 8. *in l. Creditori* §. *Nam exceptio perpetua pacti conuenti C. de pact.* ibi enim pro eadem obligatione, ſi quis partem pecuniæ exſoluat, de parte verò non petenda cõueniat, partim ciuili iure liberatur per ſolutionem, partim honorario per pactum de non petendo; per ſolutionem ipſo iure, per pactum de non petendo ope exceptionis perpetuę pacti conuenti. Nec negocium mihi
91 † facit *text. in l. ſtichum* § *naturalis ff. de ſolut.* vbi Naturalis obligatio quemadmodum numeratione, ita iuſto pacto ipſo iure tollitur. Miſſas .n. facio omnes reſponſiones *Accurſij in d* §. *pactus ne peteret in verb. ipſo iure*, quæ nec mihi placent, nec literæ; dicoque in caſu §. *naturalis*, iuſtum pactum illud non eſſe pactum de non petendo, ſed eſſe pactum reſpiciens obligationẽ, quo caſu pactum conuentum cum obligationem auferat, etiã actionem tollit, ideo prior obligatio tollitur ipſo iure; at verò
92 † in caſu §. *pactus ne peteret*, fuit pactum de non petendo, quod cum non reſpiciat ſubſtantiam obligationis, ſed tãtum effectũ, executionem, & exercitium, nõ tollit priorem obligationem ipſo iure, ſed tantum ope exceptionis, vel replicationis; nec .n. ad hoc tendit, vt priorem tollat obligationem, quod malè fuit opinatus *Iaſon poſt Innoc. Bart. Angel. & Caſtrenſ.*

Quartum demum, vel falſum continet, vel ego hallucinor; ſi enim pactum de non petendo impedit petitionem tam iudicialem, quàm extraiudicialem, & pactum de non agendo ſolã
93 iudicialem ideoque † pactum

de

de non petendo etiam pactum de non agendo continet, iam dum qui fecit pactum de non petendo, petit, & quidem iudicialiter peccat in pactum de nō petendo, quatenus eſt pactum de non agendo, ob electam viā iudicialem; quo loco non video cur ex eadem iuris diſpoſitione vel vtroque vel neutro caſu impediatur litis conteſtatio. Sed & ad hoc eſt *textus in l. Creditori C. de pact. vbi etiam Iaſon num. 6. Quicquid voluerit Bart. in l. nam, & poſtea in princ. ff. de Iureiur. & in d. l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pact.*

94 An autem Amplius † nō agi, & Amplius non peti, idem ſint cum illa ſtipulatione Rem ratā haberi ſatis dicere poſſumus differre tanquam genus, & ſpecies: ſtipulatio enim Rem ratā

95 haberi eſt † genus, quia in omnibus actibus poteſt promitti ratihabitio, ſtipulatio verò Am

96 plius non agi &c. coarctatur † & cohibetur ad litis renunciationem, quod iam diximus *in 1. cap. huius ſectionis, & eſt textus in l. Procurator quinquaginta, in l. quo enim tutiore §. fin. in l. Procurator cum peteret, et paſſim per totum titulum ff. rem rat. hab.* Vel dicamus formaliter non eſſe idē; an verò comprehenſiuè videbimus ſuo loco, tu interim vide *textum in noſtro §. Cato, ad finem*, ibi: Titium hæredemque eius ratum habiturum, nam hac ſtipulatione, & ſolus tenebitur q non habuerit ratum, & ſolus aget à quo fuerit petitum. *Addo text. in l. ſi indebitum §. ſi procurator ff. rem ratam haberi, text. in l. procurat. cū peteret ff. eod. ibid. Bar. num. 1. Cyn. in l. 1. C. de procurat. Butigell. in noſtro §. Cato, num. 53. & ſignanter Pariſ. in 3. part. nu. 479. qui ſcribit textum in noſtro §. Cato* dum agit de Ratihabitione, habere omnino eundem caſum cū *l. ſi indebitum §. ſi procurator ff. rē rat. hab.* Illud tamen ſi verū eſt, perpetua dignū eſt obſeruatio-

97 ne, quòd Amplius non † agi, & Amplius non peti habent tractū ſucceſſiuum, & vim perpetuam, vt cōmittatur ſtipulatio toties, quoties contra ventum erit; at

98 verò Promiſſio † rati; ſi ad ipſummet promittentem referatur, & ipſa ſucceſſiua eſt, & per-

99 petua, habet enim duo † capita, vt ſcilicet ratum habeatur, & ratificatio perpetuò pſeueret, nec quippiam aduerſus eā fiat; ſi verò promittat quis alium ra-

100 tum habiturum, vnum † tantum continet caput eiuſmodi promiſſio, ſcilicet, vt alius ille ſolenniter ratificet, nec vlterius tenebitur in dubio promiſſor, *Hieronym. Butigell. in noſtro §. Cato, num. 53. & 54.*

Ad tertium.

An Amplius non agi ſit diuiduum, iis etiam caſibus, quibus de facto agitur indiuiduo, & qua ratione.

Bart.

*Bart. hìc num.*18. *Ripa nu.*88. *Socin.iun.num.*143. atque omnes tandem dum vno affirmant ore ſtipulationem Amplius non agi ad rem diuiduam puta quantitatem, & ipſam diuiduam eſſe, eodem ſpiritu contendunt ſtipulationem Amplius non agi, ad rem indiuiduam, & ipſam indiuiduam eſſe. Hoc verò experiuntur, Primò in rebus incorporeis quales ſunt ſeruitutes, ſit quæſo interim illa Amplius nõ iri ad fundum; Secundò in rebus corporeis; fuerit nanq. lis de dando certo equo, de dando certo ſeruo, ſit conuentum per ſtipulationem Amplius nõ agi, Bartolus cum communi ſchola volunt, quòd ſtipulatio Ampli⁹ non agi ſit indiuidua hoc caſu, ſcilicet quia peti nõ poteſt pars
101 † equi, aut ſerui, quin petatur totus; dum ergo non poteſt peccari in partem quin conuentus offendatur in totum ecce ſtipulationem indiuiduam, & ſolidã pœnam cõmiſſam per partis petitionem, *l. In executione* §. *pro parte ff. de verb. oblig.*

Sed certè quod pertinet ad ſeruitutes, malè hìc ponitur, qa iam vidimus in principio huius ſectionis, hanc ſtipulationem Amplius nõ agi de qua *in noſtro* §. *Cato*, non referri ad ſeruitutes, aut earum factum, vel affirmatiuum, vel negatiuum, ſed ad actiones, & exactiones. Quod reſpicit indiuidua corporea, puta certum equum, certum ſeruũ, iam certum eſt ſtipulationem & affirmatiuam, & negatiuam, diuiduam eſſe, vt habetur *in l. ſtipulatus ſum mihi, aut ſticho*, §. 1. *ff. de ſolut.* Qui decem debet, inquit textus, partem ſoluendo in parte obligationis liberatur, & reliqua quinque ſola in obligatione remanẽt. Item, qui Stichum debet: parte ſtichi data, in reliquam partẽ tenetur. Hæc textus. *Addo gloſſam in l.* 2. §. 1. *in verb. Detur*, *verſ. Item nota ff. de verb. oblig.* vbi nuncupatim legitur: Item nota, quòd ſi homi-
102 nem certum debeam, liberor † ſoluendo partem, & ſi decedã, vnuſquiſque hæredum pro parte tenetur, & pro parte ſoluendo liberatur. Hęc Accurſius quẽ ſequitur *Bartolus*, *Alex.* & *alij*.
103 Et ratio eſt quia cum de† certo agitur indiuiduo ceſſat incõueniens *textus in l. In executione* §. *pro parte ff. de verb. oblig.* Nec enim hoc caſu in diuerſis indiuiduis contingere põt ſolutio.

Neque obſtat illud quod peti
104 non poſſit pars † ſtichi, aut equi, quin totus petatur ſtichus, aut equus, ideoque non contingat peccari in partem quin cõuentus offendatur in totum. Reſpondeo enim dari partem ſtichi, vt vidimus, ſcilicet quotam pro indiuiſo, qua in re ratione cõmunionis fateor offendi conuentũ in totum, ſed non offenditur niſi volẽs, ſibi ideo imputet.

O Tota

Tota difficultas eſt , an Am-
plius non agi ſit diuiduum vbi
105 eſt in ordine ad equum in† ge
nere,ad hominem incertum; Vi-
detur enim indiuiduum, ne cõ-
106 tingat † abſurdum, de *quo te-
xtus in l. In executione* §. *pro par-
te ff.de verb. oblig.* Pro parte au-
tem peti inquit textus, ſolui au
tem niſi totum non poteſt,velu-
ti cum ſtipulatus ſum hominem
incertum, nam petitio eius ſcin
ditur, ſolui verò niſi ſolidus nõ
poteſt, alioquin in diuerſis ho-
minibus rectè partes ſoluentur,
quod non potuit defunctus fa-
cere.Hæc textus, *& Accurſius in
l.2.* §.1 *.in verb. Detur ff. de verb.
oblig. ſic ait :* Si homo in genere
debeatur,tenetur quidem quiſ-
que hæredum pro parte tantũ,
& tamen ſoluendo partem quã
tantummodo debet,non libera-
tur, quod mirabile eſt ; Sed hoc
ideo , quia non ſoluunt , vt de-
bent.Hæc Accurſius .
107 Sed placet † ſolutio Bolo-
gneti *hic num.192. vt textus in d.*
§. *pro parte* habeat locum tantũ
108 in † obligationibus affirmati-
uis non autem in negatiuis , in
quibus reus conuentus reperi-
tur in poſſeſſione; & eſt notabi-
lis ſolutio, licet ſit malè adeo a
Bologneto declarata, vt videa-
tur eam non intellexiſſe. Eandẽ
ſolutionem habes apud *Alciat.
hic num.*178. Difficultatem verò
textus in l.5.§.*ſi ſortem promiſeris,
verſ. Idemque eſt de pœna ex com-
promiſſo ff. de verb. oblig.* vide
& excitatam , & ablatam à do-
109 ctiſſimo † *Andr.Fachin. memo-
ria recolenda,lib.*10. *Controu. Iur.
cap.76.*

Ad quartum.

Sum ego cũ Petro,quòd Am-
110 plius non † excipi ſit factum
diuiduum, non ea ſolùm ratio-
ne quòd Amplius nõ agi ſit di-
uiduum,& ipſum excipere age-
111 re† ſit *l.1.ff.de except.*Sed quia
cùm exceptio ſit excluſio inten
112 tionis agentis,ſi qui agit † di-
uiduè facit , non video cur ex-
cipiens indiuiduè excipiat , vt
plus tollat quàm ponatur plus
deſtruat, quàm ædificetur. Et
quæ *Bart.congerit de officio iudicis
hic num.26. per textum in l.Filius
famili às* §.*veterani ff. de procurat.
& in l. quos prohibet ff. de poſtu-
land.* ea tolluntur omnia *à Ruino
poſt Aretin.hic nu.*83. quos ideo
videas.Atque Amplius non ex-
cipi eſſe factum diuiduum ſuſti
net *Angel. conſ.*326. *Ex themate,
num.*4.

Ad quintum.

Dicimus vtranque ſtipulatio
nem , tam de non offendendo ,
quàm de defendendo, eſſe indi
uiduam, ſtipulationem enim de
113 non offendendo eſſe † indiui-
duam,ideo ſi ab vno offendatur
omnes tenentur licet non offen
114 dentes habeant regreſſum †
cõtra offendentem voluit *Bart.
hic num.*22.*& num.*32.& ſequun-
115 tur oẽs , & ratio † eſt , de qua
textus

textus in l. In executione, in fi. prin. ff. de verb. oblig. paucis immutatis, ibi: Verior eſt ſententia exiſtimantium vnius facto omnes teneri: quoniam licet ab vno offendor, non tamen in partem offendor; ſed cęteri familiæ erciſcundæ iudicio ſarcient damnum; quod tamen tempero ego cum *Romano hic in fin. & Crot. n.* 144. quando pax, & promiſſio
116 de non offendendo eſt † voluntaria, & conuentionalis, ſecus ſi neceſſaria, & prætoria forte ex ſtatuto loci, quia tunc pro
117 miſſio de non † offendendo diuidua eſt, & qui venit contra, is ſolus in pęnā incidit ex prętoria æquitate, de hoc *eſt textus in l. pœnales* §. *Iulianus ff. ad l. Falcid.* qui tamen non agit de promiſſione de non offendendo,
118 ſed de promiſſione † de defendendo; eadem tamen eſt ratio etiam ſcripta in lege illa ibi: Omnes enim prætorias ſtipulationes eiuſdem interpretatio-
119 nis eſſe. Sed & ſtipulatio de † defendendo indiuidua eſt, ſi ſit
120 conuentionalis, diuidua † ſi ſit prætoria niſi manifeſtè ſubiecta
121 repugnet † materia, *Bolognet. hic nu.* 220. *de communi Ripa nu.* 100. *Alciat. num.* 216. vt de conuentionali eſt *textus in l. Cum ex cauſa ff. de verb. oblig.* ibi: Inſolidum defendenda eſt &c. Sed cum vno defugiente omnes defugiſſe videātur, ideoq. omnes teneantur: vnicuiq. pro parte hæreditaria præſtatio incumbit cui *adde text. in l. In executione* §. *Inſolidum verò ff. de verb. oblig. Alciat. hic num.* 63. *Bart. num.* 23. Addo amplius textum in *l. Iam tamen* §. *ſi tamen plures ff. Iudicatum ſolui l. ex clauſula ff. eod. gloſſ. in l. ſi ex duobus in princ. in verb. partem ſuam ff. eod. quæ ita intelligit, & text. illum, & in l. ex iudicatum, & in l. fin. ff. eod.* Et de prętoria eſt *tex. in l. Pœnales actiones* §. *Iulianus ff. ad l. Falcidiam*, ibi: Omnes enim prætorias ſtipulationes eiuſdem interpretationis eſſe. Nam conſtare non omnibus nec aduerſus omnes actionem contingere, ſed dumtaxat his qui viciſſent, & aduerſus victos: hiſq. aduerſus quos res defenſa non eſſet, aduerſus eos qui rem non defendiſſent. Hæc textus.

Scias tamen ex varijs negociorum circumſtantijs fore aliquando, vt Promiſſio de defendendo nō prætoria diuidua ſit, ipſa verò prętoria ſit indiuidua.
122 Diuidua erit cautio † nō prætoria de defendendo, quoties nulla præceſſit obligatio, qualis eſt ſpecies *text. in l. ſi communes ædes ff. de neg. geſt. Pariſ. par.* 2. *num.* 429. *Cum pluribus ſequentibus pag.* 232. qui ideo infert, φ
123 † ſi fundus hæreditarius à tertio vindicetur, poteſt vnus hæredū defendere pro parte ſua, nec vllo modo tenetur defendere pro parte aliorum, quia nulla

de hoc ſubeſt obligatio. Sed ſi
denunciet authori defuncti, vel
hæredum venditoris, ille non
poteſt defendere pro parte ſua
tantùm,ſed tenetur totius & ſo
lidi defenſionẽ ſuſcipere, quo-
niam hìc pręcedit obligatio de-
fendendi, quæ indiuidua eſt re-
ſpectu debitoris, cui propterea
non ſufficit pro parte defende-
re *l.ſi rem la 2.§.1.ff.de euict.*Quo
tamen loco ſcias,& propoſitio-
nem,& illationem Pariſ.,veram;
124 fundamentũ tamen malè† pe-
ti à *textu in d.l.ſi cõmunes ædes ff.*
*de neg.geſt.*vbi agitur de cautio-
ne damni infecti,quæ imò certè
125 † prætoria eſt *l. prætor ait 7.in*
princ.ff.de damn. inf. Prætor ait,
inquit textus,damni infecti ſuo
nomine promitti, alieno ſatis
dari iubebo. *Sed & textus eſt in*
l.2.in princ.ff.de prætor.ſtipul. &
126 quidem † cautionalis inſtar
actionis habens *l.1.§.cautionales*
ff.de prætor.ſtipul.
Prætoria verò ſtipulatio indi
uidua erit vbi obligatio præto-
127 ria iam erat† formata in per-
ſona vnius, *l. In ſtipulatione ff.de*
damn.inf. quia ex perſona hære-
dum non debet deterior fieri
conditio ſtipulatoris, nec ex p̄-
ſona hæredum obligationis cõ-
128 ditio † immutari debet *l. 1.§.*
ex his ff.de verb.oblig.Pariſ.par.2.
num.432.pag.233.
Sed certè alia eſt ratio in *d. l.*
In ſtipulatione ff. de damn. inf. ibi
enim indiuidua ideo eſt obliga
129 tio illa prætoria,quia vnus† tã
tum erat dominus domus, nos
agimus quando ſunt plures hæ-
redes *gloſſ. in l. ſi communes, in*
verbo Potius ff. de neg. geſt. ibid.
Bart. in princ. vbi autẽ tota obli-
gatio ad vnum pertinet,licet ea
130 prætoria ſit, adhuc tamẽ † in-
diuidua eſt, vel potius incon-
gruæ præſtationis, ſi diuidatur,
131 ſiue incongruæ † diuiſionis,
nec ideo patitur diuiſionem *no-*
ſtro §. Cato, in vltimis verbis vbi
dominus pro parte ratum non
poteſt habere *text.in l.2.§.incer-*
*tam, in fin.ff.de prætor. ſtipul.*vbi
132 ſtipulatio † rati,aut damni in-
fecti in perſona promiſſoris nõ
ſcinditur; *gloſſ.1.in l. ex clauſula*
ff. Iudicatum ſolui, vbi ſtipula-
tio de defendendo datur inſo-
lidum contra reum principalẽ,
eundemq́; primum promiſſorẽ,
132 quia † is non poteſt pro parte
defendere. Vel ſi hìc intellectus
ad *dictam l. In ſtipulatione ff. de*
damn. infect. videatur diuinati-
uus,vt mihi certè videtur ob im
perſonalia verba ex parte pro-
miſſoris,sũt.n. ea verba textus:
In ſtipulatione damni infecti, q̃
ædium nomine interponitur,
niſi inſolidum fuerit cautum,
mittetur in poſſeſſionem. Dic
ibi non eſſe indiuiduam, quia
non ideo mittitur in poſſeſſio-
nem totius, ſed partis, *gloſſa in*
d.l.ſi communes,in verbo Potius ff.
de neg. geſt. ibid. Bart. in princ.
Quod ſi adhuc deterior videa-
tur

tur reſolutio ad illum textum. Dico ego in caſu *l. In ſtipulatione ff. de damn. infect.* obligationẽ eſſe indiuiduam ex eo, quòd ibi
133 agebatur ad † intereſſe, quod ratione rei indiuiduæ, & ipſum indiuiduum eſt, quia non poteſt intereſſe pro parte, nos de pęna, ideo intereſſe rei indiuiduæ ſeu facti indiuidui etiam de iu-
134 re † prætorio indiuiduum eſt, quia ceſſat æquitas diuiſionis, cùm agatur de damno vitando ex parte ſtipulatoris; pęna verò quo ad hæredes diuidua eſt, qa viget ęquitas diuiſionis, cũ cer-
135 tet ſtipulator de captando † lucro quare nec propriè dicitur fieri deterior conditio ſtipulatoris. quæ autem ſit ratio differentiæ, cur in primo promiſſore indiuidua ſit ſeu incongruæ diuiſionis obligatio pœnalis prætoria, quæ tamen inter hæredes ſcinditur, videbimus in ſectione, *Nam hac ſtipulatione &c.*

Quòd verò dicitur ex perſona hæredum, obligationis conditionem immutari non debere *l. 2 §. ex his ff. de verb. oblig.* ſcias
136 illud verum de rigore † iuris ciuilis, ſecus attenta æquitate prætoria *Bolognin. hic num.* 179.
137 quem † meo iudicio malè inſequitur *Pariſ. in 2. part. num.* 445. *pag.* 238. quod amplius mihi videtur apertè voluiſſe *textus in l. 2. §. Incertam ff. de prætor. ſtipul.* ibi: ſtipulatio Iudicatum ſolui, & rem ratam haberi, & damni infecti, & his ſimiles: in quibus reſpondetur ſcindi eas in perſonas hæredum: quamuis poſſit dici ex perſona hæredum promiſſoris non poſſe deſcendentẽ à defuncto ſtipulationem, diuerſam conditionem cuiuſque facere. Hæc textus. Quamuis poſſit dici, allegando inquit Azo, & quidem attento rigore iuris ciuilis, dico ego, *per textum in d. l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.* quæ tamen non eſt tandem rigoroſa obligationis immutatio, ſed eſt
138 † æqua cõditionis moderatio.

Sciendum amplius, quòd dũ dicimus ex communi, promiſſionem de non offendendo eſſe indiuiduam, & vno peccante omnes pro portionibus hæreditarijs ad pęnam teneri, illud ve-
139 rum eſt ſi pęna ſit † repetibilis per cohæredes ab offendente, ſecus eſt reſpectu pœnæ non repetibilis, qualis eſt illa vt of-
140 fendens poſſit † impunè offendi, nec enim cohæredes impunè offendentur, qui non poſſent deinde ab hærede offendente
141 intereſſe † repetere *l. non tantũ ff. de appell. Angel. & Socin. Iun.* quos refert, & ſequitur *Ripa hic num.* 100. Nec tibi difficultatem vel minimam faciat id de quo Ripa loco cit. *Io. Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de Treug. & pac. & Corn. conſ.* 51. *In hac, num.* 5 *lib.* 1. Quod vno frangente pa-
142 cem ex vna parte, cenſeatur † fracta quò ad omnes, quia id ve

rum

rum eſt cæteris delinquẽtibus, & ſtipulationes etiam ipſis, vel in committendo, vel in omittendo; cæterum illud verũ eſt quò ad pœnas repetibiles, non quò ad irrepetibiles, vt diximus.

Sed & ſtipulatio pęnalis prætoria erit indiuidua, & inſolidũ committetur, vbi niſi inſolidum committatur, auferretur ſtipu-
143 latori † commodum totius ſtipulationis, *Ripa hic num.* 100. Et hoc eſt quod ſuperius dicebamus, ſtipulationes prætorias diuiduas eſſe, niſi manifeſtè ſubiecta repugnet materia.

Vix eſt tamen, vt vllo caſu auferatur ſtipulatori commodum
144 † totius ſtipulationis, niſi inſolidum pęna committatur, cum effectu intelligo; etenim etiam
145 ſi pœna ipſa † indiuidua ſit, quæ in ſtipulationem deducta eſt, non tamen hoc caſu committitur tota cum effectu, ſed acceditur ad æſtimationem, cuius ope reſcinditur pęna etiam indiuidua, vel ipſo iure, vel ope exceptionis, *l. purè* §. 1. *ff. de dol. except. l. lege falcidia interueniente ff. ad l. Falc d. l. Cũ filius in prin. ff. de leg.* 2. etiam ſi pęna conſi-
146 ſteret in † certa ſpecie, & in corpore certo *Par ſ. alios allegãs par.* 3. *num.* 286. *pag.* 410. *nu.* 523. *&* 524. *pag.* 491.

Quæ verò hìc examinant doctores, an qui promiſit nõ offendere Titium, ſub pęna centum ſi illius offendat fratrem, illiuſ-
147 uè vxorem, pęnam † commiſerit, videas quæſo quomodo huc pertineant, vide eos *quibus adde dd. l. ſi ita ſtipulatus* §. *Chryſogonus ff. de verb. oblig. Bart. in l. verum, num.* 4. *ff. de furt. Bald. in c.* 1. §. *ſimiliter ſi dominum, num.* 4. *quib. mo. feud. amitt. And. Barbat. in l. Cùm acutiſſimi, num.* 100. *C. de fideicom. Aug. ad Angel. de Maleſ. in verbo, Che hai adulterato, poſt num.* 60. qui nonnullis diſſentientibus communem fatentur pro negatiua, vt pęna † neu-
148 tro caſu committatur; declarando vt infra.

Hìc ideo vnum nunquã obliuiſcaris, quod ego colligo ex Claro qui & ipſe ſuperius dicta communia teſtatur lib. 5. §. fin. quæſt. 47. quòd ad hoc vt Titio competat actio ad pęnam pro
149 † alia perſona offenſa, quo caſu non ipſe Titius offenſus eſt, ſed alius quiſpiam, requiruntur duo copulatiuè; primum eſt ꝙ perſona offenſa ſit talis, vt propter eius offenſam competat Titio actio iniuriarum nomine ꝓprio; alterum quòd offenſa fiat per modum iniuriæ, nõ ex cauſſa libidinis. Et hoc eſt, quod cõmune ſtatuunt citati patres, qñ dum frater Titij offenditur, licet id ſit animo iniuriandi, non tamen committitur pęna, nec Titius agit, quia non ideo offen-
150 ſo fratre † competit actio iniuriarũ Titio nomine proprio, niſi manifeſtè id in Titij iniuriã

151 † factum conſtaret. Dum verò
proſtituitur vxor, id in dubio
non animo iniuriandi, ſed ex
152 cauſſa libidinis præſumitur
actum; quemadmodum nec per
furtum quis in puncto dicitur
offendi, quia fit cauſſa auaritiæ,
153 non † ex iniuria *Corn. conſ. 51.*
In hac, num. 3. vol. 1.
Quanquam quod dicitur de
vxore, etiã ſola libidinis cauſſa
154 violata, vix admitto, cùm *tex-*
tus in l. ſi ſtuprum ff. de Iniur. in
debilioribus terminis dicat; Si
ſtuprum ſerua paſſa ſit: iniuria-
rum actio domino dabitur. Hæc
textus. Quem tamẽ ex ſubiecta
promisſionis de non offenden-
do materia, ſatis aliquãdo poſ-
ſumus euitare.
Stipulationes etiam eæ qua-
tuor, de quibus *in l. 4. §. fin. ff.*
de verb. oblig. ad promiſſionem
pertinent de defendẽdo, & de
non offendendo. Stipulatio.n.
155 † euictionis accedit ad pro-
miſſionem de defendendo. Sti-
156 pulationes verò † fructuarię,
damni infecti, & ex operis no-
ui nunciatione, pertinẽt ad cau
tionem de non offendendo.
Prima igitur ſtipulatio eſt eui
ctionis, & hæc ex parte ſtipula-
torũ ſeu hæredum ſtipulatoris
157 diuidua † eſt; Vnusquiſque
enim ob euictionem ſuæ partis
pro portione ſua habet actio-
158 nẽ. Ipſi verò promiſſori † pro
parte defenſio contingere non
poteſt. *d. l. 4. §. Si is qui duplam*
ff. de verb. oblig. Addo ego, &
multos promiſſores, & vniꝰ ꝓ-
159 miſſoris † multos hęredes ſin
gulos in ſolidum teneri ad de-
fendendũ emptorẽ, ſi res euin-
catur, *l. ſi cum vno ff. ſi ex nox. ca.*
ag. l. ſi rem la 2. §. 1. ff. de euict. l. ex
clauſula ff. Iudicatum ſolui. Ratio
160 eſt, quia promiſſio † fundi, vel
alterius rei tradẽdæ indiuidua
eſt *l. ſtipulationes non diuiduntur,*
in princ. ff. de verb. oblig. & præte-
161 rea venditionis † natura indi-
uiſa eſt *l. Cùm ex cauſſa ff. de verb.*
162 *obl.* quis.n. emeret partẽ † ſine
toto? *l. qui vtilia l. quiſquis C. de*
omni agr. deſert. libr. 11. l. ſi quis
aliam ff. de ſolut. l. quod ſi vno ff. de
in diẽ addict. Tiraquel. de Retract.
lignag. §. 23. gloſſ. 1. num. 24. verſ.
Quid enim. Hac tamen de re vi-
deas omnino inferius in ſect.
Fundum tradi igitur & promiſ-
163 ſio euictionis ex natura † ſub-
rogationis, qua attenta non ſo-
lùm res diuiduæ, ſed etiã actu
diuiſæ indiuiduæ ſunt *l. ſi quis*
aliam ff. de ſolut. l. Tutor ff. de fide-
iuſſ. Iaſ. in l. ſtipulationes non diui-
duntur, in princ. nu. 21. ff. de verb.
obl. Tiraquel. d. §. 23. gloſſ. 1. num.
25. Ita tamẽ vt ſcias in euictio-
164 ne † binas eſſe obligationes
ſeparatas diſtinctas, æquè prin-
cipales, quarũ altera alteri non
ſubrogatur propriè, ſed venit
in alterius defectũ ſeruans pro-
priam naturam quemadmodũ
faciunt obligationes diſparatę.
165 Altera eſt ſemper † indiuidua
ex

ex parte promiſſoris, & illius hæredum, licet diuidua ex parte hæredum emptoris, vel actoris, ſcilicet factum ne euinca-
166 tur. Altera ſemper † diuidua, quæ eſt præſtatio quătitatis, *Pariſ. in princ. num. 41. in 1. par. num. 41. in 2. parte, nu. 460. vbi nu. 458. de communi & vera ſententia teſtatur aduerſus Ruin. nu. 78. & 79. Butigellam, nu. 155. & Zaſ. num.* 43. dicens horum ſententiă eſſe nouum phantaſiam; Idem *in 3. par. num. 79. & eſt apud me textus in l. In executione §. inſolidum ff. de verb. oblig.* Neque obijciat
167 † quiſpiă *textŭ in l. ſi rem quæ, quæ eſt 62. §. 1. ff. de euict. ibi:* Vna de euictione obligatio eſt &c. Nanque *Parſ. par. 2. nu.* 460. dicit eam Celſi diſpoſitionem ad primam tantum obligationem, ſeu ad primŭ tantŭ caput pertinere.

Secŭda ſtipulatio eſt fructuaria, quam ſatis examinauimus
168 in ſectione de † ſeruitutibus perſonalibus, ad fin. Vide ibi.

Tertia eſt damni infecti, quæ
169 vtrinque † diuidua eſt, quia in id quod intereſt competit, *d. § ſi is qui duplam, & l. plures ff. de damn. inf. l. prætoriæ §. incertam ff. de prætor. ſtipul. Parſ. par.* 1. *num.* 42. qui imo addit ipſam ĕt
170 miſſionem † diuiduam eſſe *l.* 5 *§. 1. ff. de damn. inf. l. ſi quis putans §. ſi damni ff. comm. diuid. l. ſi communes ff. de neg. geſt. l. ſupra iter §. officium ff. de aq. pluu. arc. l. non alienum, l. qui ſeruum, in fin.*
171 *ff. de interrog. act.* Rationem tiă vides, quia hæc ſtipulatio eſt in id quod intereſt. Aliam habeas
172 rationem, quia cautio † damni infecti prætoria eſt *l. prætor ait 7. in princ. ff. de damn. inf. l. pri. §. cautionales, & l. 2. in princ. ff. de prætor. ſtipul.* Prætoriæ aŭt ſtipulationes, Cautiones, promiſſio-
173 nes † ſiue de defendendo ſiue de non offendendo eiuſdem interpretationis ſunt hoc eſt diuiduæ ex equitate niſi manife-
174 ſtiſsimè ſubiecta † repugnet materia, *l. pœnales §. Iulianus ff. ad l. Falcid. Roman. in noſtro §. Cato, in fin. Crot. nu. 144. Alciat. nu. 216. Bolognet. num. 220. de communi Ripa num.* 100.

Quarta ſtipulatio eſt ex noui operis nunciatione, quæ, quan-
175 do agitur ad intereſſe † diuidua eſt, & ex parte ſtipulatoris, promiſſoris, ſeu illius hæredŭ; vbi agitur verò ad operis deſtructionem ſeu reſtitutionĕ, &
176 † indiuidua eſt ex parte promiſſoris, vel eius hæredum, & indiuidua præterea ex parte ſtipulatoris, & eius hæredum, vel plurium dominorum, quorum quilibet agere poteſt ad deſtructionem operis noui, ſeu reſtitutionem in priorem ſtatum inſolidum *l. ſtipulatio ante pen. §. fin. ff. de op. no. nunc. l. 4. ſi is qui duplam ff. de verb. oblig. vbi gloſſ. in verb. Et damni infecti,* textus etiă *in l. prætoriæ quæ eſt lex 2. in princ.* in-

incertam ff. de prætor. ſtipul. Pariſ. par. 1. num. 43. Ratio fortè non
177 † vulgaris ea eſſe poterit, quia
178 opus fieri indiuiduum † eſt, ſi *ſtipulationes non diuiduntur, in princ. ff. de verb. oblig. l. In executione, in prin. verſ. Secunda ad opus ff. eod. de verb. oblig.* at verò æquè
179 eſt † opus, ædificiũ deſtruere, vt eſt opus ædificare *l. 1. §. opus nouum ff. de op. no. nunc.*

Eſt & alia promiſſio legalis
180 ex parte rei, quam ego † libentiſſimè, nec fortè temerè mixtã appello, quæ eſt, & de non offendendo, & de defendendo, qua-
181 lis eſt † dolus ratione depoſi-
182 ti, qualis culpa ratione † commodati, hæc enim promiſſio in diuidua eſt *l. ſi vt certo §. nunc videndum ff. commod.* quem ita expendit *Pariſ. par. 3. à num.* 192. *verſ.* Quibus non obſtantibus. Quo loco præter Pariſ. do ego
183 tibi rationem, do tibi † temperamentum, dum propono verba *textus in l. In depoſiti ff. depoſiti*: In depoſiti actione ſi ex facto defuncti agatur aduerſus vnum ex pluribus heredibus, pro parte hæreditaria agere debeo. Si verò ex ſuo delicto, pro parte non ago: meritò, quia æſtimatio refertur ad dolum, quem in ſolidum ipſe hæres admiſit. Hæc Paulus eo in textu. Sed & *Vlpianus in l. 3. §. hæres ff. commod.* Hæres, inquit, eius, qui commodatum accepit, pro ea parte, qua hæres eſt conuenitur, niſi fortè habeat facultatem totius rei reſtituendæ, nec faciat, tunc enim condemnabitur inſolidũ, quaſi hoc boni iudicis arbitrio conueniat.

Ex his verò expende à te *Pariſ. par. 3 num.* 198. Cum tribus ſequentibus, qui vult dolum eſ-
184 ſe † diuiduum; Quanquam memor fuit ipſius *in ead. par. 3. num. 192. poſteaquam nu.* 198. dixit dolum eſſe diuiduum, tandẽ *num.*
185 201. fatetur eſſe indiuiduum † dolum, eſſe indiuiduam culpã, pluresque ideo teneri inſolidũ, quoties præceſſit obligatio curæ, vel cuſtodiæ, quæ (proſequi-
186 tur ipſe) de ſe † indiuidua
187 eſt, etiã in re aliàs † diuidua.

Tu fortè nõ malè dixeris, ſi dolum ſemper ſuam actionem
188 habere † indiuiduam dixeris aduerſus doloſum *d. l. In depoſiti ff. depoſ.* at verò non ſemper vbi dolus eſt commiſſus agi po-
189 teſt † actione de dolo; quid enim ſi plures hæredes dolo fecerunt ſunt tamen ſoluendo,
190 ſunt facilis † conuẽtionis? certè non erit locus tunc actioni
191 de dolo, ſed actioni ex † contractu, ex quo per illam æquè cautum eſt decepto *Pariſ. in 3. par. num. 203. per textum in l. 1. in fin. in l. ſi quis affirmauerit, in l. arbitrio §. ſi dominus, & §. dicto ff. de dolo;* do ego textum maximè clarum quem non obſeruat Pariſ. ſcilicet *in l. ſi duo hæredes, in princ. ff. depoſ.* quia hoc caſu æſti-

matio non eſt referenda ad do-
192 lum,ſed ad † intereſſe actoris, ibi: Quina millia abſtulerint, & vterque ſoluendo eſt, in partes obſtricti erunt,nec enim amplius actoris intereſt. Hęc textus eſt
193 enim merè † ſubſidiaria actio de dolo *Lauar. conſ. 44. num. 12.* Imo ſubſidiaria ſubſidiariæ, *Clariſſimus Io. Baptiſta Coſta de remed. ſubſid. Præludio 3. num. 3.* Quòd
194 † ſi alter nō ſit ſoluendo, tunc locus eſt actioni de dolo, quæ
195 competit † inſolidum *Pariſ. d. num. 203. in par. 3. per textum in l. Ideoque in fin. ff. de dol. & tu habes textum, in d. l. ſi duo hæredes ff. depoſ.* quia tunc æſtimatio refer-
196 tur ad † dolum vel analyticè dicas cum *Pariſ. par. 3. num. 216. cum vndecim ſeqq.* in obligatione
197 depoſiti,vel commodati † tria eſſe Reſtitutionem, Cuſtodiam, Facultatem reſtituendi. Reſtitu-
198 tio vi ipſa † diuidua eſt. Cuſtodia per ſe inſolidum obligat, tamen ex bono, & æquo intelligi-
199 tur † quatenus facultas adeſt. Facultas verò reſtituendi indi-
200 uidua eſt, & † inſolidum obligat.

Illud verò extra aleam videtur eſſe, quòd in ſtipulatione illa legali: Non agi, vel Amplius non agi: quæ quidem nō ex hominis diſpoſitione emanat, ſed ex legis prouiſione in ordine
201 ad † delicta; commiſſio pœnæ indiuidua eſt nō ſolum, ſed multiplicata in eo ſenſu, vt quili-
202 bet ex † delinquentibus poſſit inſolidum conueniri; nihilominus verò alterius ex delinquentibus ſolutio alios qui deliquerunt non liberat, quia vt dicebamus hoc caſu pœna non ſolum indiuidua eſt vt omnes
203 tangat, ſed amplius † multiplicata vt omnes delinquentes ſolidam præſtent pœnam, *l. Item Mela §. ſed ſi plures ff. ad l. Aquil. l. vulgaris §. ſi duo ff. de furt. l. ſi plures, in princ. ff. arb. furt. Cæſar.*

SVMMARIVM.

1 *Sabaudæ gentis gloria.*
2 *Antonij Fabri Præſidis doctiſſima vigilia.*
3 *Antonij Fabri Præſidis eruditiſſimæ animaduerſiones ad noſtrum §. Cato.*
Quas amplecteretur Author, ſi recedendum putaret à recepta, & vulgata editione, num. 4.
Cur autem ſuſtineat vulgatam editionem aperit, num. 5.
6 *Appoſitio, figura ēt in iure noſtro.*
7 *Antiptoſis, figura in iure noſtro.*
8 *Antiptoſis nulla eſt ex Authore in l. filius familiàs §. diui ff. de leg. 1. aduerſus alios.*
9 *Antiptoſis quæ ſit ratio formalis.*
10 *Tmeſis, figura etiam in iure.*
11 *Metonymia, figura in iure noſtro.*
12 *Hyſteron proteron, figura in iure noſtro.*
13 *Antiphraſis, figura in iure.*
14 *Hendiadys, figura & ipſa in iure.*
15 *Text. in l. 1. in princ. ff. de pact. declaratur.*

16 Sti-

16 Stipulatio Iter fieri, an differat ab illa Per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat.

ARGVMENTVM.

¶ Recepta, vulgataq; lectio §. Cato, ab Authore ex figura appoſitionis ſuſtinetur; Inde variæ, ac multiplices Rhetorum figuræ, in noſtris etiam Iuribus obſeruantur.

Differentiæ hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videntur, quod niſi inſolidum peccari non poterat, illam ſtipulationem Per te non fieri quominus mihi ire, agere liceat.

SECTIO IX.

AMpliſſima Gens Sabauda, dum æterna, atque catenata temporum ſerie, non ſo-
1 lùm glorioſos † genuit, ac ſtrenuiſſimos bellorum Duces, ſed etiam doctiſſimos dedit, ac celeberrimos Iuris profeſſores modò, modò diſertiſſimos iudiciorum oratores, atq; integerrimos Magiſtratuum miniſtros; habet hac potiſſimum tempeſtate in legali reipublica mirum miraculum Clariſſimum Antonium Fabrum Sabaudum nuper Senatorem in ſupremo
Sabaudienſi Senatu, & in Gebennenſis Ducatus Auditorio Præſidem, hodie verò eiuſdem ſupmi Sabaudienſis Senatus Præſidem Primarium, & Sereniſſimi Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis Conſiliarium, tam mei amantiſſimũ, quàm ſim ego illius ſtu-
2 dioſiſſimus. Hic † multa definijt in foro, pleroſq; pragmaticorum obſeruauit errores, mira coniecit ad claram, veram, ſanamq; Iuris Ciuilis notionem; quæ ad legalis reipublicæ commodum edidit. Hæc inter, *in lib.*
3 3. *Coniect. Iuris cap.* 7. non † concedit vulgatam editionem *noſtri* §. *Cato* quia latinè dici non poſſit *Peccari illam ſtipulationẽ*, quemadmodum nec *Committi in ſtipulationem*, verùm *ſtipulationẽ committi*, *Peccari in ſtipulationẽ*; Sed neque parentheſi claudenda, circũſcribendauè verba illa: *Quod niſi inſolidum peccari non poterit*; Nec verò etiam admittendam illam interpretationem, ꝙ niſi inſolidum, pro quia niſi inſolidum. Legit autem vir clariſſimus ſic: Differentiæ hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videntur id quod niſi inſolidum peccari non potuit, vt in illa ſtipulatione Per te non fieri quominus mihi ire, agere liceat.
4 Ego certè, ſi à † recepta, vulgataq; lectione recedendũ exiſtimarem, non aliam amplecterer emendationem, quàm do-

Digitized by Google

ctiſſimi Fabri,nec propiùs quẽ-
piam arbitrarer collimaturum;
aut fœliciùs coniecturum.
5 Suſtineo verò † communem
literam; reijcio & ego parent
heſin,nec gloſſo quod pro quia;
at verò antiquam ſtructuram,
quæ ad vſque noſtra communi
voto concors peruenit ſæcula
ita intelligo: *Differentiæ hanc
eſſe rationem, quòd in priore caſu
omnes commiſiſſe videntur quod .i.
id quòd niſi inſolidum peccari non
poterat*; & appoſitè .i. per figu-
6 ram,quem vocant † Appoſitio-
nem,ſubijciũntur verba illa quę
reguntur non à verbo Peccari,
ſed à verbo commiſiſſe: *Illam
ſtipulationem Per te non fieri, quo
minus mihi ire,agere liceat*, Ita vt
ſit hic ſenſus,vt omnes commi-
ſiſſe videantur id quod niſi in-
ſolidum peccari non poteſt, vt
contingit quoties quis commit
tit ſtipulationem illam Per te
nõ fieri,quominus mihi ire, age
re liceat.

Nec enim deſunt in iure no-
ſtro Rhetoricæ facultatis figu-
ræ, ornatioreſque aut ſcribẽdi,
aut dicendi modi. Eſt figura
7 † Antiptoſis *in l. filium quem ha
bentem, vbi gloſſ. 1. in fin. C. fam.
erciſc. in l. eam quam, vbi adhuc
gloſſ. 1 in fin. C. de fideicommiſſ. in
l. filius familias* §. *Diui ff. de leg.
1. vbi gloſſa in verb. voſ.* quanquã
8 in hoc § Diui, nullam † admit-
to ego Antiptoſim, Cùm non
conueniant in caſu Relatiuum
cum Antecedente, quæ eſt ratio
9 † formalis huius figurę, iuxta il-
lud Euangelij: ſermonem quem
audiſtis non eſt meus; & illud
Poetæ: Vrbem, quam ſtatuo, ve-
10 ſtra eſt, eſt figura † Tmeſis *in l.
Cum quis decedens* §. *quæſitum eſt
11 an iure ff. de leg. 3.* Eſt † Metony-
mia *in l. ne quis receptã, vbi gloſſ.
in verb. Cuſtodiam, in l. milites,
vbi gloſſ. in verb. Cuſtodias in l. non
eſt facile, vbi gloſſ. in verb. Cuſto-
diæ, & in verb. Cuſtodia ff. de Cu-
12 ſtod. & exhibit reor.* Eſt † Hy-
ſteron proteron, *in l. Riparum,
vbi gloſſa in verb. & ex mare ff. de
diuiſ. rer. & qual. in* §. *littorum,
vbi gloſſa in verb. ſicut retia, Inſt.
13 de rer. diuiſ.* Eſt † Antiphraſis *in
l. Id quòd* §. *quod venditur, vbi gl.
in verb. Luci ff. de pericul. & com-
14 mod. rei vend.* Eſt † Hendiadys
in l. 1. in princ. ff. de pact. quam-
quam ego ibi libentiùs intelli-
go dictionem illam Placitum,
15 in † quarto caſu, quàm in pri-
mo; potiſſimum ꝙ in meo Co-
dice deeſt copulatiua. Sunt &
aliæ pleræq., quas, & piget, &
pudet referre.

Dum verò Excellentiſſimus
Præſes dicit longè differre ſti-
16 pulationem † illam: *Iter fieri*;
ab illa: *Per te non fieri, quominus
mihi ire agere liceat*, ideoque à
concordi litera libentiùs rece-
dit; Vide quæ nos ſcripſimus in
ſectione *Iter fieri*, inſpectione 3.

SVMMARIVM.

1 Text.in noſtro §.Cato,ex Lugdunenſi impreſſione habet et verba illa, Neq. per hæredem tuum.
Subaudiuntur tamen, etiam non appoſita, num. 2.
Ratio adducitur, num. 3.
4 Paria ſunt hæc duo, Per te nõ fieri,&, Per te non fieri, neq. per hæredem tuum.
5 Obligationes omnes, actiuæ,& paſſiuæ, tranſeunt in hæredes, licet de ijs facta non ſit mentio.
6 Perſonales dictiones nõ excludunt perſonam hæredis.
Niſi apponatur taxatiua,num.7.
Quicquid Bartolus, & alij voluerint, num. 8.
Contra quem verior eſt noſtra opinio ex Alexandro num. 9.
10 Text. in l. non ſolùm §. tale legatum ff. de liberat. legat. declaratur.
11 Legatum, vbi perſonæ cohæret, ad hæredem non tranſit.
12 Taxatiuæ dictiones prohibent confuſionem obligationis cum hæreditate.
13 Dictiones taxatiuæ faciunt ceſſare ius repræſentationis.
14 Stipulatio cum taxatiua ex parte promiſſoris, non committitur ex perſona hæredis.
15 Promittens pro ſuo dato, & facto tantùm, tenetur adhuc ex perſona authoris.
16 Hæres, qui voluit teneri ſolùm de ſuo facto, tenetur adhuc de facto defuncti.
17 Taxatiua in perſona promiſſoris, & defuncti, impedit ius repræſentationis in perſona hæredis.
Ratio affertur, num. 18.
Taxatiua in perſona hæredis non impedit ius repræſentationis ex perſona defuncti, num. 19.
20 Per te non fieri &c. & Per te non fieri, neq. per hæredem tuũ &c. an differant.
Diſtinguunt aliqui, num. 21.
Ratio diſtinctionis ſubijcitur, numer. 22.
23 Indiuiduitatis ratio, & communis commiſsi inter cohæredes, in quo conſtituatur.
24 Per te nõ fieri quo minus mihi ire, agere liceat, indiuidua eſt ſtipulatio quò ad principalem promiſſorem.
Sed, & quò ad illius hæredes, num. 25.
Ratio, num. 26.
27 Per te non fieri, non expreſsis hæredibus includit nihilominus et hæredes.
Subauditiuè ex iuris interpretatione, num. 29.
28 Text. in noſtro §. Cato, in illis verbis: differentiæ hanc eſſe rationem &c. nullo pacto pertinet ad promicſſorem.
30 Per te non fieri, eſt indiuiduũ quò ad promiſſorem.
Sed & quò ad hæredes modo expreſſos, modò ſubauditos, nu. 31.
32 Per te non fieri, ex verbis ſtipulationis non pertinet ad non peccantem.

Aſ-

Afficit tamen etiam non peccantē ex natura indiuiduitatis, n. 33.
Ratio cōmunis, & indiuidui peccati adducitur, num. 34.

35 Stipulatio per te non fieri, ex poteſtate verborum non egreditur principalem promiſſorum, aut contrafacientem.
Secus ex iuris interpretatione, num. 36.

37 Eadem vni tertio ſecundum eandē rationem, ſunt eadem inter ſe.

38 Eadem vni tertio ſecundum diuerſam rationem, non ſunt eadem inter ſe.

39 Hæres non peccans, eſt ſæpius iuris interpretatione idem cū hærede peccante.

40 Per te non fieri &c. eſt ſtipulatio indiuidua.
Ratio affertur, num. 41.

42 Per te non fieri, &c. ſi fundus ſeruiens in diuiſione ad vnum tantum pertineat hæredem, is ſolus tenetur; ſi contraueniat ex nonnullis.
Reijciuntur ab Authore, nu. 43.
Diſtinguit tandē Author, nu. 46.

44 Text. in l. In executione, in prin. ff. de verb. oblig. declaratur.

45 Indiuiduitas commiſſionis in illa ſtipulatione per te non fieri, vnde pendeat.

47 Fundus ſeruiens, vbi vni hæredū adiudicatus, quando in ſtipulatione. Per te non fieri ſolus ille peccans teneatur.
Quando adhuc teneatur omnes, num. 48.

49 Emphiteutica bona diuidi poſſunt inter plures hæredes, & quidē domino irrequiſito.
Canonis tamen præſtatio quò ad liberationem, indiuidua adhuc eſt ſi dominus non conſenſerit diuiſioni, num. 50.
Diuidua verò ſi cōſenſerit, nu. 51.

52 Heredes non peccantes ſi conueniri poſſint aliquo hærede peccante, ſarciunt damnum iudicio familiæ erciſcundæ.
Etiam facta diuiſione contra regulam iuris, num. 53.

54 Diuiſa hæreditate regulariter locū non habet iudicium familiæ erciſcundæ, ſed cōmuni diuidundo.
Fallit pluribus caſibus, nu. 55.
Potiſſimùm vbi agitur pro perſonalibus præſtationibus faciēdis pro rebus diuiſis, num. 56.
Infertur ad Canonem emphiteuticum integrū ab altero tantùm hærede ſolutum, num. 59.

57 Iter eſt ſeruitus realis, & prædialis.

58 Continet tamen præſtationem perſonalem in facto negatiuo.

ARGVMENTVM.

Verba illa: Neq; per hæredē tuum: nō adeſſe in noſtro textu; attamen ſubaudiri, eiuſdemq; poteſtatis eſſe, atq; ſi forent expreſſa. Taxatiuā in perſona promiſſoris impedire ius repræſen-

ſentationis in perſona hæ-
redum, non verſa vice.
Euclidis theorema: Quæ
ſunt eadem vni tertio ſunt
eadem inter ſe: cum noſtri
iuris axiomate conciliatũ.
Per te non fieri quo minus
mihi ire agere liceat, indi-
uiduum eſſe; Sed an per-
petuò?

Omnes commiſiſſe videntur quod niſi inſolidum peccari non poterat, illã ſtipulationem Per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat.

SECTIO X.

1 IN Lugdunenſi impreſſione anni M. DLXVI. ſic legitur, omnes commiſiſſe videntur q niſi inſolidum peccari non poterat, illam ſtipulationem Per te non fieri, neque per† hæredẽ tuum, quominus mihi ire agere liceat.

Hic ideo diuido præſentem ſectionem in haſce inſpectiones, quarum

Prima eſt, illa verba, *Neque per hæredem tuum*, ſi non addantur clauſulæ illi *Per te non fieri*, an ſubaudiantur.

Secunda eſt, an re vera aliud ſit ſtabiliendũ ſi verba illa. *Neque per hæredem tuum* expreſsè addantur clauſulæ illi *Per te non fieri*, aliud verò ſi tacitè ſubaudiantur.

Tertia tandem, An ſtipulatio illa *Per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat*, diuidua ſit vel indiuidua.

2 Ad primum. Dico † ſubaudiri, ita vt ſi quis promittat Per ſe non fieri, cenſeatur etiã promiſiſſe, Neque per hæredẽ ſuũ. Pro quo eſt *textus in noſtro* §. *Cato*, vbi nulla alia inueſtigatur
3 differentia† inter binas illas ſtipulationes Per te nõ fieri, quominus mihi ire agere liceat, & Titium hæredemq. eius ratum habiturum, niſi penes diuiduitatem, & indiuiduitatem; igitur
4 † paria ſunt Per te non fieri, & Per te non fieri, neque per hæredem tuum. Ad idem eſt *textus in l. Emptorem noxal.* §. *qui autẽ habere ff. de act. empt.* vbi poſtquã I. C. dixit: Multum intereſſe arbitror, vtrũ hoc polliceatur, Per ſe, venienteſq. à ſe perſonas non fieri quominus habere liceat, an verò per omnes; ſequitur: Nam ſi per ſe, non videtur id præſtare, ne alius euincat. Hæc textus. qui malè conciperetur, niſi ſub illis verbis, Per ſe, includerentur etiam venientes à ſe perſonæ, & ſic hæredes. Eſt etiam textus iuxta lectionem, quam Accurſius ibi in verbo, Sed ſe, appellat planam, *in l. ſtipulatio iſta habere licere, in princ. ff. de verb. oblig.* ibi: Sed ſi ſe obligat

gat ne ipſe faciat quominus habere liceat, obligatur etiam ne hæres ſuus faciat, vel quis cæterorũ ſucceſſorum efficiat, ne habere liceat, & ratio eſt, quia
5 † omnes obligationes actiuæ, & paſſiuæ tranſeũt in hæredes, licet de ijs facta non ſit mentio *l.veteris C.de contrab.& committ. ſtipul. l.ſi pactum ff.de probat.Iaſ. in l.2.§.ex his, & §.fin.num.2.ff. de verb. oblig. idem in l.ſtipulatio iſta habere licere, in princ.num.9. in 4.notab.ff.eod.* neque negociũ faciunt dictiones perſonales
6 Per te, Per ſe, Ipſe &c. quia † eiuſmodi non excludunt perſonam hæredis, quæ eſt eadem cũ defuncto, & cum ipſo promiſſore *Auth.de Iureiur.à mor.præſt. in princ.gloſſ. magna circa medium in l.2.ff.de prætor.ſtipul.*

Non ita certè expedita res
7 eſſet, ſi quis per† taxatiuam tãtùm promiſiſſet Per ſe tantùm nõ fieri; eo enim caſu quicquid voluerit *Bald.in l.fin.C. de action. empt.Roman. Caſtrenſ. & ipſemet Bartol. in l. ſtipulatio iſta habere licere, quos ſecutus fuit Iaſon ibid. num.9. idem Iaſ.in l. 2.§.fin.nu.2. ff. de verb. oblig.* vt ſcilicet qui promittit facere etiam cum ta-
8 xatiua, includat † nihilominus hæredes, & eorum factum; Cõtrarium magis ſemper placuit, quod & verius ſenſit, & teſtatus fuit *Alex. in d. l. ſtipulatio iſta habere licere, num.* 7. vt ſcilicet ſi promittat quiſpiam cum
9 dictione taxatiua † non committatur ſtipulatio ex perſona hæredis, vbi *Thom. Diplouat. in littera B.* dicit in quadam facti ſpecie, ſe ita practicaſſe, & obtinuiſſe. Plura ibi adducuntur ab Alexandro qui & contraria refellit, quem videas; ego enim præter ipſum, adduco notabilẽ textum, & rationem, quæ diluit Iaſonis difficultatem, fundamẽtum euertit. *Textus eſt in l. non ſolum noſtrum §.tale legatum ff.de*
10 *liberat.legat.* vbi ita † ſcribitur: Tale legatum, Hæres meus à ſolo Lucio Titio ne petito, ad hæredem Lucij Titij non tranſit. Redditur ibi ratio, qa quoties cohæret perſonæ id, quod lega-
11 tur, ad hæredem eius† non trãſit, ſi non cohæret, tranſit. Hæc textus. ex quo habes optimam rationem, quoniam ſcilicet di-
12 ctiones † Taxatiuæ his caſibus prohibent confuſionem obligationis cũ hæreditate, nec ideo in eam ſuccedit hęres, ceſſatq́.
13 ideo ius † repreſentationis, & legitima perſonarum defuncti ſcilicet, & hæredis identitas, hoc caſu. Quare optimè dicimus, quòd ſtipulatio cum taxa-
14 tiua ex parte † promiſſoris, nõ committitur ex perſona hæredis.

Nec ſimile eſt quod dicit *Bartolus in l. ſi ſeruus la 2. ff. de cond. furt. quem ſequitur Roman in d. l.ſtipulatio iſta, in princ. ff. de verb. oblig.* Cuius dictum commune

mune teſtatur *Franc. Cremenſ. ſing.* 31. *ſæpe iſtud*, vt qui promittit pro ſuo dato, dicto,& fa
15 cto tantùm,teneátur†adhuc ex perſona authoris. Nec etiam ſimile eſt quod ſcripſit *Bald. in cap.1.in fin.qui hic.tene.gloſſ.in l. ſeruus, in princ.in verb. Intereſt, vbi Bald. ff. de condict. furt. quos ſequitur Alex.in d.l.ſtipulatio iſta, in princ.nu.7.in fin. ff.de uerb. obl.* quòd ſcilicet,ſi hæres conuenit ſe velle teneri ſolùm de ſuo fa
16 cto, tenetur† tamen adhuc de facto defuncti. Non ſunt ſimilia, dico ego nouiſſimè, quia dictio
17 taxatiua in perſona † promiſſoris, & defuncti,benè impedit ius repręſentationis in perſona hæredis, & perſonarum identi
18 tatem, quia † prohibet confuſionem obligationis cum hæreditate, & vniuerſali iure defuncti; At verò taxatiua in perſona
19 hæredis † non impedit ius repreſentationis ex perſona defuncti. Habent ideo verba eiuſmodi ſuam iuris interpretationem.

Ad ſecundum.

An penes vtilitatē diuiduæ, aut indiuiduæ obligationis in
20 ordine ad † hæredes promittentis differant hæ duæ formulæ: *Per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat,* & illa *Per te nō fieri,neque per hæredem tuum,quominus mihi ire agere liceat.* Vides enim in priore formula factum hæredis nō exprimi, ſed tātùm ex iuris interpretatione ſubaudiri; in poſteriore autem factū hæredis exprimi; quo loco dū videri poteſt *Alciat.hic num.16. Caſtr.in l.2.§.Item ſi in facto,num. 2.ff. tit. n. de verb. oblig. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta,num.9.ff.eo.*

Scias quòd clariſſimus *Præſ. Antonius Faber libr. 3. coniectur. Iur.cap.7. ad noſtrum §.Cato,* non modicam conſtituit differentiā inter vtramq. formulā, ideoq.
21 †ſub diſtinguendum arbitratur doctiſſimus vir ille, vt ſi ſtipulatio ita concepta ſit: Per te non fieri neque per hæredem tuum, quominus mihi ire agere liceat, oēs promiſſoris hæredes vnius facto teneantur; Vbi verò expreſſa hæredis mentio non fiat, ſed ita concipiatur ſtipulatio, vt in noſtro §. Cato: Per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat, magis eſſe putat vt neq. alius promiſſoris hæres teneatur, quàm is, per quem factū ſit quominus ſtipulatori ire agere
22 liceat. Addit † rationem, ſubijcit iura. Ratio eſt, quià ſi cum ab vno ex promiſſoris hæredibus prohibitus eſſes, aduerſus alium à quo prohibitus non es, experiaris ex ea ſtipulatione in qua hæredis mentio facta non ſit, obijci tibi poterit ex ijs verbis ſtipulationis, *Per te non fieri*, alium conueniri non poſſe, quàm per quem factum eſt: per eum verò nihil factum eſſe,contra quem experiris. Subijcit iu-

ra ex quibus, & optimè obſeruat hanc diſtinctionem confirmari, *is eſt textus in l. Hæredes eius §. in illa quoque ſtipulatione ff. fam. erciſcund.* vbi formula occurrentis ſtipulationis ita ponitur: In illa quoque ſtipulatione proſpiciendum eſt cohæredibus, ſi teſtator promiſerat, neque per ſe, neque per hæredem ſuum fieri quominus ire agere posſit, quoniam vno prohibente, inſolidũ committitur ſtipulatio. *Addit alium textum in l. 2. §. Item ſi in facto ff. de verb. oblig. & alium in l. Idem iuris, & in l. In executione §. quod ſi ſtipulatus fuero ff. eod. de verb. oblig. quibus iuribus addo, & ego pro ſententia Præſ. Fabri textum in l. Inter cohæredes §. quod ex facto ff. fam. erciſcund.* ibi: Vel neque per ſe, neque per hęredẽ ſuum fore quominus quis eat agat; imo, & ſi reliqui propter factum vnius teneri cœperint, quaſi conditio ſtipulationis hęreditariæ extiterit, habebunt familiæ erciſcundæ iudicium cũ eo, propter quem commiſſa ſit ſtipulatio.

Verùm iura hæc licet maximè opportunè allata, rationem tamen indiuiduitatis, & com-
23 munis commisſi inter † cohæredes, nõ conſtituunt in expreſſa de hęredibus facta mentione per principalem promiſſorem, ſed quia intereſt prohibiti à nemine prohiberi *l. Idem iuris, in fine, ff. de verb. oblig.* Et quoniam licet ab vno prohibeor, non tamen in partem prohibeor *l. In executione in fine princ. ff. de verb. oblig.* Et certè textus in noſtro §. Cato, non agit de ſtipulationibus illis in ordine ad principalem promiſſorem, ſed in ordine ad illius hæredes. Vix enim eſt vt obiter in fine textus dum de ſtipulatione Rati agit, ea ſubijciat verba: *Quamuis ipſe dominus pro parte ratum habere non poteſt.* Illa ergo ſtipulatio, de qua in *noſtro §. Cato*: Per te non fieri quo min⁹ mihi ire agere liceat; non ſolùm indiuidua eſt quò
24 † ad principalem promiſſorẽ,
25 ſed etiam quò ad illius † hæredes; aliàs eadem eſſet in ratione diuidui, & indiuidui cum ſti-
26 pulatione † Rati, quod omnino ibi negatur. Si igitur res ita ſe habet, iam vides in formula illa §. Cato: Per te non fieri quominus mihi ire agere liceat; nõ exprimi hæredes, eſſe nihilo minus ſtipulationem indiuiduam
27 etiam † quò ad hæredes.

Amplius niſi agatur in illa ſtipulatione, Per te non fieri &c. de hæredibus promiſſoris, quorſum verba illa plurium numero à I. C. prolata quæ ad promiſ-
28 ſorem † nullo pacto pertinent, ſcilicet: Differentiæ hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videntur, quia niſi inſolidum peccari non poterat, illam ſtipulationem, Per te non fieri, quominus mihi ire age-

agere liceat. In hac ergo formu
la non exprimũtur, ſed tantum
29 ex iuris interpretatione † ſu-
baudiuntur hæredes promiſſo-
ris, & adhuc quò ad illos ſtipu-
latio indiuidua eſt, & vnius fa-
ćto omnes tenẽtur; ergo abſq;
aliquo ſcrupulo ſtabiliendũ eſt
ſtipulationem illam, Per te non
fieri &c. eſſe indiuiduam non
30 ſolùm quò ad principalem † pro-
miſſorem, & hæredes, ſi ſint ex-
preſſi in ſtipulatione, ſed etiam
ſi ſint ijdem ex iuris interpreta
31 tione † ſubauditi.

Nec me à iam deciſis auocat
ratiocinatio illa, quòd non ex-
preſſis hæredibus, vbi vnus tan
tùm peccat in ſtipulationem, ſi
cæteri nõ peccantes conuenian
32 tur, poterit obijci ex ijs verbis †
ſtipulationis, *Per te non fieri*, aliũ
conueniri non poſſe, quàm per
quem factum eſt. Reſpondeo.n.
id eſſe, de quo eſt præſens di-
ſputatio, & illam ſtipulationẽ,
Per te non fieri, etiam non peccã
33 tem afficere ex natura † indiui-
duitatis; neque enim hoc loco
tam quærimus an oẽs peccent,
34 quàm an vnius facto in † totũ,
vel in partẽ prohibeor *l. In exe-
cutione, in fin. princ pij ff. de verb.
oblig*. Sed & amplius, illa verba
concepta in perſona promiſſo-
ris, *Per te non fieri*, non pertinẽt
ad hęredem etiam contrafaciẽ-
35 tem ex † poteſtate verborum,
ſed ex iuris interpretatione ob
repreſentationem, quo caſu fa-
tis dicere poſſumus ſaltem in
hac materia illa verba *Per te*,
referri etiam ad non peccantẽ,
non ex poteſtate verborũ, ſed
36 ex † iuris interpretatione; q.n.
peccat alter, omnes peccare di-
cuntur, quia quæ ſunt eadẽ vni
37 tertio ſecundùm † eandem ra-
tionem, ſunt eadem inter ſe, *vt
eſt Theorema 9. apud Euclidem lib.
elementorum 5. in hæc verba*. Quæ
ad eandem, eandem habent ra-
tionem, æquales ſunt inter ſe.
Et ad quas eadem eandem ha-
bet rationem, eæ quoque ſunt
inter ſe æquales. Hacten* Theo
rema. Dictum eſt autem ſecun-
dum eandem rationem, quia ſi
38 † non ſecundum eandem, quæ
ſunt eadem vni tertio non ſunt
eadem inter ſe *l. nam & ſocij ff.
pro ſocio*. Neque hæres non pec
cans iuris interpretatione di-
39 citur † alius ab hærede peccan-
te *l. ſtipulatio iſta habere licere ff.
de verb. oblig*.

Ad tertium.

An ſtipulatio illa, *Per te non
fieri quo minus mihi ire agere li-
ceat*, diuidua ſit, vel indiuidua.

40 Dico eſſe † indiuiduam, *no-
ſtro §. Cato, l. 2. §. Item ſi in facto ff.
de verb. obligat. l. In executione in
princ. ff. eod. l. Idem iuris ff. eod. l.
hæredes eius §. in illa quoque ff. fa:
erciſc. l. Inter cohæredes §. quod ex
facto ff. eod.*. Ratio eſt, de qua in
iuribus allegatis, quia licet ab
41 vno † tantùm prohibear, nõ tñ
in partẽ prohibeor, ſed in totũ.

Q 2 Tem-

Temperatur ex nonnullorum ſententia *apud Ripam hic nu.90. & alios in noſtro* §. *Cato*, quoties fundus, in quo ſeruitus conſtituta eſt, poſt diuiſionem ad vnū
42 † tantum ex hæredibus pertineret, atque ſtipulator ab eo tātùm prohiberetur qui poſſidet, is enim ſtipulationem committeret quidem ad totam pœnam, is ſolus tamen, non etiam cohæredes poſſent conueniri.
43 Hoc temperamentum † nullo pacto placet; viget enim adhuc ratio *textus in l. In executione, in princ. ff. de verb. oblig.* Quod licet ab vno prohibeor, nō tamen in partem prohibeor. Nec enim
44 dicit † textus, Quòd licet ab vno prohibeor, non tamen à ſolo prohibeor; Verum dicit textus, Quòd licet ab vno prohibeor, non tamen in partem prohibeor.
45 Ita † vt videas indiuiduitatem commiſſionis in illa ſtipulatione, *Per te non fieri*, referri ad indiuiduum incommodum, non autem ad diuiſos fratres.

Ego tamen ſic libenter nouiſ
46 ſimè † diſtinguo; Aut diuiſio inter plures hęredes, ex qua fundus ſeruiens vni hæredum adiudicatus eſt, facta eſt conſentiente ſtipulatore, *Per te non fieri, quo minus mihi ire agere liceat*; aut ſine illius conſenſu. Priore caſu
47 conceditur illa † opinio, quòd hæres cui fundus ſeruiēs obtigit, is ſolus teneatur, ſi erit con-
48 tra. Poſteriore caſu † teneantur omnes.

Neque enim mihi ad rem hāc deeſt proxima ſpecies. Sint plures alicuius defuncti hæredes; an poſſint diuidere inter ſe bona emphyteutica, poſſunt, & qui
49 dem † domino irrequiſito *Bart. in l. qui Romæ* §. *duo fratres in tit. 24. ff. de verb. oblig. de communi Dec. conſ. 263. in fin. Alex. in d.* §. *duo fratres, num. 60. Clar. in* §. *emphyteutis quæſt. 14. Corbul. in tit. de cauſ. priuat. ob alienat. limitat.* An verò poſt diuiſionem ſi alter tantum ex diuidentibus peccet in canonis præſtatione, an etiam cęterorum portiones cōmittantur, ſeu in commiſſum ca
50 dant; & † equidem ſi dominus directi non conſenſerit diuiſioni, commiſſum fit adhuc inſolidum nō attenta diuiſione, *Bart. in d.* §. *duo fratres, nu. 24. de communi Alex. ibid. num. 60. Ripa nu. 86. Clar. in d. quæſt. 14.* Quòd ſi
51 † conſenſerit dominus directi in diuiſionem, hæres qui peccat, is punitur ſolus, & illius ſola portio ad directum reuertitur, ex vi ſcilicet conſenſus domini directi in diuiſionem *l. cōmuni diuidundo la 2. vbi gloſſ. in verb. Confundatur ff. comm. diuid. ſpecul. in tit. de Arbitro* §. *ſequitur, verſ. ſed pone, Iaſ. in l. non ſolum* §. *morte, num. 48. ff. de op. no. nunciat. Iaſon iterum in l. qui in aliena* §. *Celſus, num. 25. & 26. ff. de acq. hæred. not. in l. labeo* §. *Itē*

Tu-

Digitized by Google

Tubero ff. de ſuppellect. leg. clariſſimus Peregrinus de Iure fiſci lib. 6. tit. 6. nu. 53. Afflict. deciſ. 153. Venditur, ad fin. Caualcan. deciſ. 25. De anno, nu. 26. par. 2. Idem deciſ. 30. Poſtquam num. 118. ead. par. 2. Benintend. deciſ. 4. Dubitatum fuit, per totam.

Video verò iã ſæpius ad tollendam iniquitatem inter cohę redes obſeruatum cæteros non contrafacientes ſi cõueniãtur,
52 familiæ erciſcundæ † iudicio damnum ſarcire *l. In executione, in fin. princ. ff. de verb. obl. l. 2. §. Item ſi in facto, in princ. ff. eod.* Sed quomodo familiæ erciſcun
53 dæ hoc caſu poſt† factam diuiſionem, Cùm hęreditate diuiſa, non quidem familiæ erciſcundę
54 iudicium competat, ſed† communi diuidundo *l. ſi filia nupta §. familiæ erciſcundæ ff. fam. erciſ.* Reſpondeo *textum in d. §. familiæ erciſcundæ, hæc habere uerba;* Familiæ erciſcundæ iudiciũ amplius quam ſemel agi nõ poteſt, niſi cauſa cognita. Hæc textus. Accurſius ibi in verbo co-
55 gnita varios recenſet † caſus, quibus adhuc familia diuiſa familiæ diuidundę remedium cõpetit; ſileant alij caſus; is qui ad nos ptinet ille eſt, quoties agi-
56 tur pro † perſonalibus præſtationibus faciẽdis pro rebus diuiſis. Hæc gloſſa. Porrò licet
57 Iter ſit ſeruitus† realis, & prædialis *l. 1. ff. de ſeruit. l. 1. ff. de ſeruit. ruſt. prædior.* attamen Per te non fieri continet præſtationẽ
58 † perſonalẽ in facto negatiuo.

Hinc obiter infero, quòd ſi plures hæredes diuidant rem emphyteuticam, & alter ex illis integrum ſoluat Canonem,
59 poterit familiæ erciſcundæ† iudicio alias portiones à cohęredibus repetere.

SVMMARIVM.

1 *Procurator habens legitimum mandatum, ſi promittat Titium ratum habiturũ, non præſtabat cautionem de rato.*
Ratio affertur, num. 2.
3 *Procurator præſentis non cauet de rato.*
4 *Procurator legitimus cauet de rato in nunciatione noui operis.*
Sed & procurator fideicommiſſarÿ cogentis hæredem ad adeundũ, & reſtituendum, num. 5.
Non tamen in caſu l. qui ita §. p. ff. ad Trebell. num. 12.
6 *Rati cautio per procuratorem facta, ſi pœna non ſit adiecta, id continet quod intereſt ſtipulatoris.*
Ideo diuidua eſt, num. 7.
Sed ſi pœna ſit adiecta, indiuidua eſt num. 8.
Ratio adducitur, num. 9.
10 *Procurator legitimus poteſt ex magis communi, nunciare nouũ opus ſine cautione de rato.*
Modò mandatũ ſit ſpeciale, nu. 11.
13 *Procurator qui non docet legitimè de mandato, non auditur ſine cautione rati.*

Quo

Digitized by Google

Quo caſu domino peccante pro parte, procurator non incidit in pœnam, niſi pro parte, num. 14.
Ratio affertur, num. 15.
Contrarium vult Author, nu. 16.
Rationem affert, num. 17.
Sed et aliam, num. 18.

19 *Text. in l. ſi procurator ff. rem ratam haberi, declaratur.*

20 *Procurator, vbi conſtat de non mandato, reijcitur etiam cauere volens de rato.*
Niſi ſit ex perſonis, quæ agere poſſunt ſine mandato, num. 21.

22 *Stipulatio Rati prætoria eſt.*
Sed & datur ſtipulatio de Rato, quæ prætoria non eſt, & differunt inter ſe, num. 23.

24 *Stipulatio Rati prætoria ſemper committitur.*
Licet etiam promiſſor curauerit dominum ratum habiturum, nu. 25.

26 *Stipulatio Rati non prætoria non committitur.*
Niſi, vt num. 27.

28 *Stipulatio Rati non prætoria non committitur, vbi premiſſor diligenter Curauit dominum rati habiturum.*
Infertur ad promittente futurũ matrimonium inter Titium, & Bertam, num. 30.

29 *Difficultas excuſat à pœna.*

31 *Promittens factum alienum cum prægnantiore verborum formula, tenetur etiam adhibita diligentia.*
Formulæ variæ prægnantium ad id verborum ſubijciũtur nu. 32.
Ratio affertur, num. 33.
Temperamentum obſeruatur, nu. 34.

35 *Ratum ſe habiturum promittens, excuſatur à pœna, ſi velit reſtitui ex aliquo iuris beneficio.*

36 *Promittens factum alienum, vbi adhibita diligentia tenetur adhuc, quare teneatur.*
Ratio potior eſt, quia habetur vt principalis num. 37.

ARGVMENTVM.

Promittens Titium ratum habiturum, an omni in caſu cautionem præſtare cogatur. An ad ſolam teneatur diligentiam; quid in Rati ſtipulatione pretoria, quid in non prætoria; quid amplioribus verbis appoſitis. An tãdem Titio peccante pro parte tantùm, promiſſor Rati in totam incidat pœnam.

Titium ratum habiturum.

SECTIO. XI.

VIdeamus, an quando quis promittit Titiũ ratum habiturum, Titius verò pro parte tantùm ratũ habet an ſtipulatio committatur tota, an

an pro parte dumtaxat non ra-
ti habita.

Hic ſicerdum eſt, quòd quo-
1 ties conſtat de† legitimo man-
dato procuratoris promitten-
tis Titium ratum habiturum,
tunc non præſtatur cautio de
rato, *text. in l. ſi procuratorē vbi
Gloſſa in verbo Ratumq. ff. de pro-
curat. l. 1. C. de ſatis dand. l. ſi is à
quo §. ſi procurator ff. vt in poſ-
ſeſſ. leg. l. ne ſatis datio ff. rem ra-
tam haberi l. 1. C. de procurat. §.
ſin autem Inſt. de ſatisdat. Gloſſ. 1.
circa prin. in cap. pri. de procurat.*
2 Hoc. n. caſu veluti † præſentis
procuratorem interuenire in-
telligendum eſt, nec ideo com-
3 pellitur procurator † ratam rē
dominum habiturū ſatisdare.

Sunt tamen duo caſus ſpe-
ciales in iure, quibus verus pro
curator cogitur cauere eam rē
dominum ratam habiturū, ſci-
4 licet† procurator nuncians no-
uū opus *l. de pupillo* §. *qui pro-
curatorio nomine ff. de op. no. nunc.
ibid. Gloſſ. in verb. verus.* & pro-
5 curator † fideicommiſſarij co-
gere volens hæredem ad adeū-
dum, & reſtituendum *l. qui ita
inſtitutus* §. *etiā abſentis ff. ad Tre-
bell. Gloſſ. in l. ne ſatiſdatio, in ver.
Pareatur ff. rem rat. haber. Gloſſ.
in l. 1. in ver. præſentis C. de ſa-
tiſdando.* His certè caſibus, ſi nil
adiectū ſit nomine pœnæ *textus
in l. In ſtipulatione ff. rem ratam
haberi*, dicit, quòd in ſtipulatio-
ne qua procurator cauet ratam
rem dominum habiturum, id
6 continetur, quod † interſit ſti-
pulatoris. Ideq; ſuccedit di-
ſpoſitio *textus in l. ſi procurator
ff. eod. rem rat. hab.* quòd ſi do-
minus, puta Titius pro parte ra
tum habuerit, pro parte nō ha-
7 buerit, non† vltra quam in par-
tem committetur ſtipulatio.
Hoc idem ibi Gloſſa in ver. ſti-
pulatio. Si verò pœna appoſi-
8 ta ſit dico † conſtanter pœnam
committi in totum, quia domi-
nus pro parte ratum habere nō
poteſt, *noſtro* §, *Cato, in fin.* & cē-
ſetur facta promiſſio de rato ꝑ
procuratorem præſtita cautio-
9 ne, pro ratione † ſubiectæ ma-
teriæ cum ſua ordinarij iuris in
terpretstione, dicitur enim ca-
uiſſe Titium ratum habiturum
eo modo quo debet ratum ha-
bere; ſed Titius dominus pro
parte ratum habere non poteſt.

Scio tamen magis communē
eſſe, vt nec procurator ad nun-
ciandum nouum opus teneatur
cauere de rato, modò conſtet
10 de † mandato, non verò ſolùm,
ſed amplius legitimo, hoc eſt
11 non generali, ſed ſpeciali ad †
hoc, *gloſſa in d. l. de pupillo* §. *qui
procuratorio, in verb. Verus ff. de
op. no. nunc.* Sed nec cauere tene
12 tur in † caſu *l. qui ita* §. 1. *ff. ad
Trebell.* qui habet legitimum, &
euidens ad hoc mandatum; ea
verba textus: Etiam abſentis ꝑ-
curatori, ſi deſideraret, poſſe re
ſtitui hæreditatem ex hoc Sena
tus

Digitized by Google

tus cõſulto Iulianus ſcripſit: ſi tamen caueat de rato habẽdo, Si non euidens abſentis voluntas eſſet. Hæc textus. Non tamen temere ſupponuntur, & examinantur ea, quæ à clariſſimis viris proponuntur, licet minus numeroſis calculis.

Vbi verò vel de mandato nõ conſtat, vel legitimè non con-
13 ſtat, tunc † non auditur alieno nomine agẽs, niſi præſtita cautone id ratum habiturum eum, ad quem ea res pertinebit *l. non ſolum §. qui alieno ff. de procurat. l. 1. C. eod. de procurat. latè Gloſſ. in dicto §. qui alieno, in verb. debet Gloſſ. in l. de pupillo §. qui procuratorio, in ver. verus ff. de op. no. nunc. Gloſſ. in l. 1. in ver. præſentis. C. de ſatiſdand. text. in l. qui ita §. pri. ſecundum communem, & veriorem intellectum ff. ad Trebell. quo caſu Bart. & Iaſ. hic num. 37. & frequentior ſcola* opinantur Titio peccãte tantùm pro par-
14 te, procuratorem † non incidere in pœnã niſi pro parte, quia mitius agatur cum promittente factum alienum quàm pro-
15 prium, priore enim caſu † rati habitio pendet ab alio, poſteriore à ſe ipſo, ideo mitius ibi,
16 durius hìc. Sed ego † dico incidere in totam quia cenſetur
17 cauiſſe iuxta † naturam rati habitionis, quæ in principali indiuidua eſt, ſeu in congruæ diuiſionis, & indiuiduæ præſtationis. Sibi amplius imputet procurator qui de legitimo nõ docuit mandato; nil verò im-
18 putandum † reo, qui non docentem de legitimo mandato, cauentem tamen, reijcere non potuit *§. huic Inſt. de act. l. plerumq; in fin. ff. de Iur. dot. l. exigendi, in prin. C. de Procurat. l. inter §. pen. ff. de damn. inf. Gloſſ. in l. non ſolum §. qui alieno, in verbo debet, verſ. Tu dic, ff. de procurat.* Nec facit textus aliȷs allegatus *in l. ſi procuratur ff. rem rat.*
19 *hab.* quia iam † ex dictis patet, textum illum non continere pœnæ adiectionem, ſed intereſſe.

Quòd ſi manifeſtè cõſtet de
20 non mandato, tunc etiam † cauens Titium ratum habiturum, reijcitur *l. ſi pupilli §. fin. ff. de neg. geſt.* niſi ſit ex perſonis, quæ
21 poſſunt agere † ſine mandato *l. ſed & hæ, in prin. ff. de procurat. Gloſſ. in l. non ſolùm §. qui alieno, in verbo. Non debet ff. de procurat.*

Hucuſq; tamen actũ eſt de
22 ſtipulatione † Rati *prætoria*, eſt verò & ſtipulatio de Rato
23 quæ † prætoria non eſt, *Bart. hic num. 24. Ripa in l. quod te, num. 47. ff. ſi cert. pet.* Atq; differunt quòd prætoria etiã nulla adiecta pœna ſemper committitur,
24 nulloue adiecto intereſſe † ſaltem ad ipſum intereſſe, licet etiam promiſſor curauerit,
25 dominum ratum † habiturum, dominus autem ratum non habuerit, l. In ſtipulatione de

de rato; *l. ſi procurator,* [illegible] *&*
l. In ſtipulatione quã procurator ff.
Rem ratã haberi, Ripa in d. l. quod
te, nu. 47. ff. ſi cert. pet. Qui dicit
hoc eſſe de mẽte *Bartoli, & alio-*
rum in d. §. Cato, in 9. oppoſition.
26 Non prætoria † verò, ad inte
reſſe non committitur, minus
verò ad pœnam, niſi qui Titium
promittens ratum habiturum,
27 pœnam etiam vel † quanti res
ea ſit, promittat; *l. ſtipulatio iſta*
habere licere §. at ſi quis velit ff. de
verb. obl. l. ſicut reus ff. de fideiuſſ.
Sed nec perpetuò hic promiſ
ſor aut pœnam cõmittit, aut ad
intereſſe tenetur; quid enim ſi
28 legitimam adhibuit † diligen-
tiam, vt Titius ratum haberet,
Titius verò ratũ habere noluit?
Promittens Titium ratũ habitu
rum qui ratum non habuit, nec
ad pœnã tenebitur, nec ad aliq̃
29 intereſſe, difficultas † enim ex-
cuſat à pœna *textus eſt in l. ſi ve-*
henda §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact. &
in l. 2. § 1. ff. ſi quis caution. et ita uo
luit textus vbi omnes in cap. ex re-
ſcripto, de Iureiur. Ripa in l. quod
te num. 44. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. ſi
pacto, num. 16. C. de pact. Idem in l.
ſtipulatio iſta, num. 10. ff. de verb.
oblig. Dec. in l. Impoſſibilium. nu. 3.
& 4. ff. de reg. Iur. Feder. de Sen.
conſ. 122. Martinus promiſit, Bart.
conſ. 236. Martinus promiſit ſe fa-
cturum qui ideo dicunt Seium
promittentem ſub pœna, Titiũ
contracturum matrimoniorum
cum Berta, etiam Titio Bertam
ducere nolente, excuſari à pœ-
30 na † debita ad id diligentia
adhibita *Aretin. conſ. 141. ex fa-*
cto, de cõmuni Ripa loco cit. Abb.
& Ant. de Butr. in cap. gemma,
col. pen. de ſponſal.
31 Niſi prægnantiore adiecta †
verbotum formula; ſi enim Se-
ius promittat Titium ratum ha
biturum, & niſi ille ratificet, ad
32 † damna ſe obligat, aut ad pœ-
nam promittit ſeruare indem-
nem, promittit intereſſe; ſi am-
plius pro eo promittat, quẽ die
promiſſionis conſtet non fore
veriſimiliter ratificaturum; ſi
poſt promiſſionẽ colluſerit cũ
eo, quem promiſit ratificaturũ;
ſi promittat ſe cum effectu fa-
cturum, vt Titius ratificet; his
enim caſibus promiſſor non ex-
cuſatur, etiam omni adhibita
diligentia; conſtat enim eo ca-
33 ſu de expreſſa, & † præciſa cõ-
trahentium intentione, vt pęna
omnino committatur non ſecũ
ta ratificatione, *Ripa d. l. quod te,*
num. 44. cum pluribus ſeqq. ff. ſi
cert. pet. per tex. in l. ſi non mortis
§. fin. ff. de Inoff. teſtam. in l. 1. §.
hæc verba ff. quod quisq. iur. Cu-
man. conſ. 186. Viſo, & conſ. 189.
Teſtator Aretin. & Iaſ. in l. ſi ita
ſtipulatus §. poſſum ff. de verb. obl.
Dec. in l. Impoſſibiliũ ff. de reg. Iur.
Excuſabitur tamen adhuc, ſi
Titius ratum non habeat ex ca-
34 pite † reſtitutionis, & enormiſ
ſimæ læſionis, eadem ratione,
qua nec ad pęnam teneretur ip

R ſemet

Digitized by Google

ſemet Titius ſi ſe ratum habiturum promiſiſſet ſub pęna, vellet
35 tamen † reſtitui ex enormiſſima læſione, aliove iuris beneficio, *l. minor 25. annis ff. rem ratā hab. Roman. ſing. 551. quod communiter receptum teſtatur Grammat. deciſ. 102. Quo verò, num. 105. 106. & 107.*

Vbi verò etiā diligentia adhibita ſtipulatio committitur, ea aſſignatur ratio, quia iam ꝓmiſſor non tam factum alienum
36 promiſit, quàm † propriū; ideo vrgemur, & magis, vt dicamus Titio non habente ratum in toto, ſed in parte, totam committi ſtipulationem, & promiſſorē ad ſolidam pęnam teneri, cum potius imò verius teneatur vt
37 † principalis, quàm vt promiſſor, *gloſſa in l. ſicut reus, in verbo inutiliter, in fin. ff. de fideiuſſ.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum de reſoluendo, non eſt pactum reſoluens.*

2 *Promiſſio de donando, non eſt donatio.*

3 *Martialis carmina quædam à quibuſdam expenſis immunia vindicata.*

4 *Promiſſio de locando, nō eſt locatio.*

5 *Promiſſio de conducendo, non eſt conductio.*

6 *Promiſſio de vendendo, non eſt venditio.*

7 *Promiſſio de ratificando, non eſt ratificatio.*

Ratio affertur, num. 8.

9 *Promiſſio de ratificando eſt ratificatio ex Authore.*

Ratio adducitur, num. 11.

10 *Text. in noſtro §. Cato, in illis verbis: Nam hac ſtipulatione, &c. declaratur.*

12 *Promiſſio habetur pro ipſo actu promiſſo, quoties promiſſio ipſa pendet à ſola promittentis voluntate.*

13 *Rati promiſſio duo continet.*

14 *Rati promiſſioni quò ad effectum iuris, quando dicatur ſatisfactū.*

Quid quò ad effectum facti, n. 15.

Declaratur hic effectus facti, nu. 16.

17 *Ratum promittens pro alio, non liberatur, ſi alius ille promittat de rato.*

Debet verò formiter habere ratū, num. 18.

19 *Author præter alios adducit ad hoc iura.*

Sed & rationem, num. 20.

21 *Verba explicans à ſola ſua voluntate pendentia, non ideo diſponit, ſi verba tractum temporis denotant.*

22 *Volo adire hæreditatem, non eſt eā adire.*

23 *Verba proferens à ſola ſua voluntate pendentia, diſponit, ſi ea profert per verba præſentis temporis.*

24 *Titium, hæredemq. eius ratum habiturum, formula illa quid importet.*

25 *Rati promiſſio, obligat omnimodò promittentem ad intereſſe.*

26 *Vendere qui promiſit, ſi non vult* ven-

vendere, ſaltem conuenitur ad intereſſe.

27 *Promiſſio an præciſè obliget.*

28 *Vendere qui promiſit an præciſè cogi poſſit ad rei traditionem.*

Quid de rigore, quid æquitate attenta, num. 29.

ARGVMENTVM.

¶ An ſtipulatio, Titium, hæredemq; eius ratum habiturum, inducat ſtipulationem eo ipſo. Quid in alijs promiſſionibus, de reſoluendo, de donando, de locando, de conducendo, de vendendo. Quid tandẽ in promiſſione de Ratum habendo; Et quò ad effectum iuris, & quò ad effectum facti.

Titium, hæredemq. eius ratum habiturum.

SECTIO XII.

NOn eſt poſtremę, aut difficultatis, aut vtilitatis quæſtio illa. An ſtipulatio, Titium, hæredemque eius ratum habiturum, inducat ratihabitionem eo ipſo; an potius adhuc requiratur formalis ratificatio, nempe quia differre videtur Ratificatio à Promiſſione de ratificando. Quod ego innumeris, aut comprobarem, aut certè illuſtrarem, quæ tu videas longiſſima ſerie dę illius more apud *Tiraquel. de retract. conuentional. ad fin. tit. à num. 45.* Et interea quod pactum ſeu promiſſio de † reſoluendo, non eſt
1
pactum reſoluens, neque ipſa reſolutio *Bald. in l. ab emptione ff. de pact.* Quod promiſſio de † donando, ſeu promiſſio donandi
2
non eſt donatio, *Salycet. in l. ſi quis argentum §. ſed & ſiquidem C. de donat. Idem in l. 2. ad fin. C. de condict. ob ca. Idem in l. Papinianus ff. de donat. int. vir. & vx. Io. Fab. in §. aliæ, col. 2. Inſt. de donat. quibus addas Alex. in l. Iuriſgentium, in princ, nu. 10. & 11. ff. de pact. Præſ. Teſſaur. facundiſſimi Ludouici, ordinarij in Taurinenſi Academia Iuris Ciuilis interpretis, paternum auum, deciſ. 233. Promiſſio, num. 5.* quo loco tam benè congruunt Carmina † *Martialis Epi-*
3
gramm. 15. libri 10. vt nihil prius videatur *Tiraquel. loco cit.*

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai:

Vincam te donis, muneribusq. meis.

Tiraquel. proſequitur integrũ Epigramma, quod operę pretiũ non eſt. Scias verò quòd Tiraquel. poſtremum carmen, quod Pentametrum eſt ſeparatis dictionibus ita legit:

Quicquid habent omnes, accipe,

quo modo, das.

Tu lege vnica dictione.

Quicquid habent omnes, accipe, quomodo das.

Cæterum verò menſor falſum modum diceret, quando poſtremum ò in dictionibus ſeparatis quo modo, longum eſt, in vnica dictione, quomodo, eſt breue, quale, & quantum in hoc pentametro eſſe debet: Hinc vides. Virgilium, is dum in Daphnide producere vult vltimũ ò in dictione quomodocunque illam ſecat, & inuertit.

Nos tamen hæc quocumque modo tibi noſtra viciſſim
Dicemus.

At verò, dum Plautus in Penulo eandem corripit dictionem, nõ eam interſecat, ſed vnico, ſpiritu ait:

Quomodocunque, quamquam ſumus pauperculi,
Eſt domi quod edamus.

Sed quæſo ad nos; Promiſſio
4 de locando † non eſt locatio, nec promiſſio de conducendo
5 † conductio eſt, *gloſſa in l. bonæ fidei ff. de eo, quod certo loco. Iaſon in l. quoties, num. 34. C. de rei vind. in l. Manumiſſiones, nu. 9. ff. de Inſt. & iur. plures alios adducit Praſ. Teſſaur. d. deciſ. 233. num.* 5. Pro-
6 miſſio de † uendendo non eſt uenditio, *loco mox cit. Caſtrenſ. conſ. 93. In cauſa, lib. 2. Tiraquel. ad fin. tit. num. 50.*

Et tandem, pleriſque alijs cõſultiſſimè omiſſis, promiſſio de
7 ratificando † non eſt ratificatio, *Tiraquel. d. num. 50. Caſtrenſ. conſ. 281. In cauſſa iſta, num. 9. verſ. Præterea aliud eſt ratificare, par. 1.* Cuius ſi velis rationem, eã plerique, ignotis tamen & Caſtrenſe, & Tiraquel. eſſe opinantur,
8 quia ſi † promiſſio pœnalis de ratificando, iam ratificatio eſt, inutilis eſt adiectio pœnæ, quippe nihilo peccato, nulla commiſſa ſtipulatione, ſed pollicitis effectis. Et dum ipſi plura adducunt, ego ijs omnibus addo *notabilem textum in l. ſi ita quis ff. de euict.* Inquit textus: Si ita quis ſtipulanti ſpondeat, ſanum eſſe, furem non eſſe, vis pellionem non eſſe: inutilis ſtipulatio videtur: quia ſi quis eſt in hac cauſſa: impoſſibile eſt ꝙ promittitur. Si non eſt, fruſtra eſt. Hæc textus.

Contrariũ tñ verius vñ vt ſcilicet promiſſio de ratificando
9 † inducat eo ipſo ratificationẽ, quod voluit *Ripa hic nu. 17. poſt Bald. in l. 1. C. de procurat. per tex. in l. ſi ſine* §. *cum autem ff. rem ratam haberi, & in l. ſi procuratorẽ abſentem ff. de procurat. ita etiam Ruin. & poſt eum Butigell. hic nu.* 50. & 51. do ego textum in *noſtro* §. Cato, vbi poſt formulam iſtam ſtipulationis: Titiũ, hæredẽq. eius ratum habiturum. Sequitur tex. Nam hac ſtipulatione, & ſolus tenebitur, qui non habuerit ratum. Hæc text. Et ne quis exiſtimaret committi ſtipulationẽ, niſi

Digitized by Google

niſi expreſſa verbali ratificatio-
ne amplius deinde comproba-
ret, ſequitur textus? Et ſolus a-
get, à quo fuerit petitum; Ita
10 vt videas † poſt formulam illá
ſtipulatam, Titium hęredemq́.
eius ratum habiturum, totam
obligationem rati impoſterum
conſiſtere non in verbali com-
probatione, ſed in actu facti, ſci
licet in non petendo. Neq. hæc
11 opinio ſua caret † ratione; quo-
ties enim quis id promittit, ꝙ
à ſola promittentis pendeat vo
luntate, promisſio habetur pro
12 ipſo † actu promiſſo *l. cum fun-
dus §. ſeruum ff. ſi cert. pet. ibid.
Alex. num. 4. Cur. iun. nu. 6. Pur-
purat. num.* 14. quem ad hoc te-
ſtem laudat ita fuiſſe aliquando
iudicatũ *Præſ. Teſſaur. deciſ.* 233.
nu. 4. Nec ideo eſt inutilis adie-
ctio pęnæ, quoniam in promiſ-
13 ſione † rati duo ſunt, effectus iu
ris, & actus facti; illi licet ſatis
14 factum ſit † per Promisſionem
de rato, huic tamen nondum ſa
tisfactum eſt, tenetur enim ad-
15 huc † ratum habere promiſſor
quo ad actum facti, ideſt non ve
nire contra, non agere, non affi-
16 cere moleſtia † ſtipulatorẽ &c.
hacq́. ratione vtilis omnino eſt
pœnæ adiectio, *Ripa hic num.* 17.
*Ruinus, & quotquot hanc profiten
tur opinionem*; Et licet ipſi non
adducant: adduco ego *textum
in ſimili in d. l. ſi ita quis, verſ. Sed,
& ego puto verius ff. de euict. Bart.
in l. 5. § ſtipulatio, n. 1. ff. de uer. obl.*

Fateor equidem, dũ quis ꝓ-
mittit ſtipulatione pęnali aliũ,
puta Titium ratum habiturum,
nõ iri ſatisfactum, nec ideo hũc
17 promiſſorem liberari, ſi † alius
ille, Titius ſcilicet promittat de
18 rato; ſed debet † formiter ha-
bere ratum, *Bertrand. conſ.* 345.
*viſo, num. 2. vol. 2. qui dubitatiuè lo
quitur per verbum puto. Addo Ti-
raquel. de retract. conuentional. ad
fin. tit. num.* 50. qui tamen omnes
nec iura adducunt, nec rationẽ
veram. Præſtabo ego vtrũque;
19 ſit igitur ad † hoc *textus in l. quo
enim tutiore, in princ. ff. rem ratam
hab. ibi*: Rem ratam haberi hoc
eſt, comprobare, agnoſcereq́.
20 Ratio † ea eſſe poteſt, quia dũ
promitto me ratum habiturum,
promisſio recipit interpretatio
nem à iure; interpretatur autẽ
ius promisſionẽ de rato, vt quò
ad effectum iuris ea ſit quædam
ratificatio. At verò vbi promit-
to Titium ratum habiturum, ra
tihabitio Titij non recipit am-
plius interpretationem à iure,
ſed à facto hominis ſcilicet à
mea promisſione; ideoq́. formi
ter, atque ſuperſtitiosè debet
Titius habere ratum, nõ autem
promittere de rato, quia non iã
promiſi ego Titium promiſſurũ
de rato, ſed promiſi Titium ra-
tum habiturum.

Si quis tamẽ ſtare velit à cõ-
traria ſententia, opineturq́. Ti-
tium qui promiſit ſe ipſum, hæ-
redemque eius ratum habitu-

rum,

rum, non ideo cenſeri ratificaſſe, nec quò ad iuris effectū, quia, dico ego, etiam ſi quis id explicet quod à ſola ſui ipſius voluntate dependeat, explicet tamē
21 per verba † tractum temporis denotantia, non ideo dicitur actum ipſum diſpoſuiſſe; quare
22 qui dicit † volo adire hæreditatem, non ideo dicitur adijſſe, *gloſſ. in l. ſerui electione, in princ. in verbo. Poſſumus ff. de leg.* 1. *Iaſ. in l.* 1. *in* 1. *lect. num.* 13. *&* 14. *C. de ſumm. trinit. Iaſ. iterum vbi de communi b's teſtatur in d. l. ſerui electione, in principio, num.* 21. *ff. de leg.* 1. *Bart. in l. Apud Aufidium, num.* 2. *ff. de option. legat. Bald. in l.* 1 *num.* 11. *C. de confeſſ. Grammat. conſ.* 25. *In cauſſa, num.* 7. licet ſatis dicatur diſpoſuiſſe, quoties in actu qui à ſola ſui ipſius pendeat voluntate illum explicat
23 verbis tempus † præſens denotantibus ideoq. qui dicit volo eſſe hæres ſtatim eſt hæres *Bald. in l.* 1. *num.* 23. *C. de ſunm. trinit. vbi etiam Iaſon in* 1. *lect. num.* 16. *Bald. iterum in l.* 1. *nu.* 11. *C. de con-*
24 *feſſ.* At hæc † formula, Titium, hæredemq. eius ratum habiturum, licet explicet actum ab integro promittentis arbitrio, nudaque voluntate dependētem, id tamen eſt per verba futuri tēporis, Ratum habiturum.
25 Sciat ille, quòd licet † per ꝓmiſſionem de Rato, actus non habeatur pro ratificato, promiſſio tamen eiuſmodi obligat ꝓmittentem ad intereſſe, ſi non ratificat; quemadmodum, & qui
26 promittit † vendere, ſi nō vult vendere, conuenitur ad intereſſe, licet non ad rem, ac ſi eam vēdidiſſet, *Caſtrenſ. conſ.* 181. *In cauſſa, num.* 9. *par.* 1. Quo tamen loco, vt nihil omittamus, quaten⁹ ex ſubiecta materia licet, An ex
27 promiſſione quis † dicatur p̄ciſè obligatus ad id obſeruandum, ꝙ promiſit, vide *Afflict. deciſ.* 120. *&* 123 Et in indiuiduo, an qui promiſit vendere poſſit
28 præciſè † cogi ad rei traditio-
29 nem, quid de rigore, quid † æquitate attenta, vide *Præſ. Teſſaur. d. deciſ.* 223. *& latè Barzium deciſ. Bonon.* 111. Vterque enim rem et plena, & plena examinat deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula illa in noſtro* §. *Cato, Et Paulus reſpondit non idem eſſe, in Pandectis Florentinis deeſt.*

Quam lectionem ſi teneas, quæ cola, quæ commata, quæ puncta, vbi, & quomodo apponenda, n. 2

Nouæ interpunctionis ratio affertur, num. 3.

4 *Catonis vulgata litera.*

Alia littera ex Authore, num. 5.

6 *Clauſula illa in noſtro* §. *Cato, ſed videamus ne nō idem hic ſit? interrogat ex Authore.*

De qua verò ſtipulatione interroget ex eodem, num. 7.

Senſus ideo verus ſubijcitur, nu. 8

9 *Iter*

Digitized by Google

9 *Iter fieri indiuiduum eſt.*
Ratio affertur, num. 10.
11 *Amplius non agi, magis accedit ad illam ſtipulationem, Titium hæredemq. eius ratum habiturum.*
Ratio affertur, num. 12.
13 *Dominus pro parte ratum habere non poteſt.*
Etiã in illa ſtipulatione Amplius non agi.num. 14.
Secus in hærede, num. 15.
16 *Amplius nõ agi eſt diuiduum, imò diuiſum quò ad hæredes promittentis.*
Indiuiduum verò, ſeu indiuiſum quò ad ipſum promittentẽ, n. 18.
17 *Ratam rem haberi, eſt diuidua ſtipulatio, imò diuiſa quò ad hæredes promittentis.*
Indiuidua verò, ſeu indiuiſa quò ad ipſum promittentem, nu. 18.

ARGVMENTVM.

¶ Verba illa noſtri §. Cato: Et Paulus reſpondit nõ idẽ eſſe: deeſſe in Pãdectis Florentinis; Eo verò caſu alia illa verba: Sed videamus ne non idem hìc ſit? legenda eſſe cum interrogatione, ex Authore. Amplius non agi, & Rem ratam haberi, vtramque ſtipulationẽ diuiduam eſſe, imò verò diuiſam quò ad hæredes, indiuiduam autem ſeu indiuiſam quò ad promiſſorem.

Et Paulus reſpondit non idem eſſe.

SECTIO XIII.

Licet in vulgata editione, literaq. frequentiori adſit clauſula illa, *Et Paulus reſpondit non idẽ*
1 *eſſe*, in Pandectis tamen † Florentinis deſunt verba illa omni
2 no. Hanc verò Florentinam † literam ſi teneas, ne quæſo conuenias in colis, in commatibus, in pũctis, in interrogationibus cum vulgata: aliàs.n. facillimè, nulloq; ferè cum negotio, quod
3 falſum † eſt, idipſum verum affirmaueris: ſcilicet ſtipulationẽ illam, Per te nõ fieri quo minus mihi ire agere liceat, eandẽ eſſe cum illa ſtipulatione Titium hæredemq; eius ratum habiturum. Tu igitur vide quæ ad hãc rem dixerimus in prima parte, ſed ea diligentiùs quæ inferiùs ſubijcio. Scias ideo, quòd
4 In vulgata † ſcribitur ſic. *Differentiæ hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videntur, quod niſi inſolidum peccari non poterat, illam ſtipulationem, Per te non fieri quominus mih irei agere liceat? Sed videamus ne non idem hic ſit, ſed magis idem quod in illa ſtipulatione, Titiũ hæredemque eius ratum habiturum? Et Paulus reſpondit non idem eſſe. Nam hac ſti-*

ſtipulatione & ſolus tenebitur qui non habuerit ratum, & ſolus aget, à quo fuerit petitum: idq. & Marcello videtur: Quamuis ipſe dominus pro parte ratũ habere non põt.

5 Tu verò abijce † comma illud ibi: *Ne non idem hic ſit*, & pro cõmate interroga: *Ne non idem hic ſit?* Dele rurſum interrogationẽ illam: T*itium hæredemq. eius ratum habiturum?* Et vice interrogationis ſtabilias pũcto pro reſponſione, quod in vulgata editione interrogas, ſic; *Sed magis idem quod in illa ſtipulatione Titium, hæredemq. eius ratum habiturum. Nam hac ſtipulatione &c.*

Legas igitur hoc modo:

Cato libro quintodecimo ſcribit: Pœna certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter factum ſit: mortuo promiſſore, ſi ex pluribus hæredibus vnus contra quam cautum ſit, fecerit: aut ab omnibus hæredibus pęnã cõmitti pro portione hæreditaria, aut ab vno pro portione ſua. Ab omnibus, ſi id factum, de quo cautũ eſt indiuiduum ſit, veluti Iter fieri: quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videretur. At ſi de eo cautum ſit, quod diuiſionem recipiat, veluti Amplius non agi: tum eum hæredem, qui aduerſus ea fecit, pro portione ſua ſolùm pœnam committere. Differentiæ hanc eſſe rationem, quod in priore caſu omnes commiſiſſe videntur, quod niſi in ſolidum peccari non poterat, illam ſtipulationem Per te non fieri quominus mihi ire agere liceat. Sed videamus ne non idem hic ſit? Sed magis idem quod in illa ſtipulatione, Titium hæredemq; eius ratum habiturum. Nam hac ſtipulatione & ſolus tenebitur qui non habuerit ratum: & ſolus aget à quo fuerit petitũ; idq; & Marcello videtur; quamuis ipſe dominus pro parte ratum habere non poteſt.

6 Ita vt videas tãdem verba †
illa *ſed videamus ne non idem hic*
ſit? interrogare. Neque verò in-
7 terrogant de ſtipulatione† illa,
Per te non fieri quominus mihi ire
agere liceat, Sed de illa ſtipula-
tione, *Amplius non agi*. Ita vt ſit
8 ille† ſenſus, Iter fieri indiuiduũ
eſt, quia in partes diuidi non
poteſt, ideo ab omnibus factum
quodammodo videtur, dũ vnus
9 †contra quàm cautum ſit, fecit.
Amplius non agi diuiſionem re
cipit, ideo qui aduerſus ea fa-
cit, pro portione ſua ſolùm pę-
nam committit. Ratio eſt diffe-
rentiæ, quia in caſu illo, Iter fie-
ri, qui compræhenſiuè idem eſt
cum illo, Per te non fieri, quo-
minus mihi ire agere liceat, om
10 nes† commiſiſſe videntur illam
ſtipulationem in quam non niſi
inſolidum peccari poteſt. Sed
videamus quæſo ne non fortè
idem ſit, & in hac ſtipulatione,
Amplius non agi, vt omnes cõ-
miſiſſe videantur dũ vnus pec-
cat? Sed certè non ita eſt, verũ
Amplius non agi, magis acce-
11 dit ad illam † ſtipulationem,
Ti-

Titium hæredemq́. eius ratum
12 habiturum; & ratio eſt † manifeſta, quia quemadmodum in illa ſtipulatione, Titium hæredemque eius ratum habiturum, ſolus tenetur qui non habuerit ratum, quamuis ipſe Titius dominus inſolidum teneatur, quia
13 pro parte ratum † habere non poteſt; ita etiam in illa ſtipulatione Amplius non agi, licet. n.
14 dominus dum peccat, ſemper† inſolidum peccet, & ad ſolidã pœnam teneatur, hęres tamen
15 qui aduerſus ea facit† ſolus tenetur, & pro portione ſua ſolùm pœnam committit.
16 Atque interim, quòd † ſtipulatio Amplius non agi, & ſtipu-
17 latio Rem ratam † haberi, ſint ambæ diuiduæ, imò diuiſæ quò ad hęredes, ideoq́. non committantur niſi pro parte contrafacientis: indiuiduæ verò ſeu in-
18 diuiſæ quò ad† promittentem, ideoq́. aduerſus eum dentur in ſolidum, licet ſolùm pro parte is contra veniat, *tenent omnes hìc, Iaſon in 6. not. Socin. Sen. in vlt. not. Alex. Imol. Butigell. num. 57. Crot. num. 25. Alciat. num. 16. & alij.*

SVMMARIVM.

1 *Cato noſter in illis verbis, Nã hac ſtipulatione &c. declaratur.*

2 *Stipulatio illa, Hæredesq. ratum habituros, reſpectu rei diuiduæ, diuidua eſt.*

3 *Stipulatio illa, Hæredesq. ratum habituros, ad rem diuiduam, ſi ſit pœnalis, an diuidua ſit, vel indiuidua.*

Quid ſi in ea verſetur res indiuidua, vel indiuiduum factum, n. 4

Quid verò tunc reſpectu principalis ſtipulationis, num. 5.

Quid ſi pœna indiuidua adijciatur, num. 6.

7 *Pœnalis ſtipulatio efficit prouiſionẽ indiuiduam, licet in ſtipulatione prætoria verſemur, ex Accurſio.*

Etiam ſi quod deducitur in ſtipulationem ſit diuiduum, num. 8.

9 *Diuidui, & Indiuidui diſtinctio, ad factum pertinet, non ad dationẽ ex Accurſio.*

10 *Text. in l. pœnales § Iulianus ff. ad l. Falcid. declaratur.*

11 *Stipulationibus in prætorijs nil immutatum eſt, ubi pœna adijcitur.*

12 *Text. in l. 2. § incertam ff. de prætor. ſtipul. non continet pœnam, ſed ſolum intereſſe.*

Quo amplius in textu etiam non appoſitis verbis illis, Quanti ea res eſt, attamen adhuc ſubaudiuntur, num. 13.

14 *Pœna appoſita, an ſtipulatio committatur in ſolidum ſtricto iure.*

Quid per exceptionem doli mali, num. 15.

16 *Stipulatio noſtri § Cato, in ijs verbis, Nam hac ſtipulatione etc. ſi contineat factum indiuiduum, tota committitur etiam in prætorijs ſtipulationibus.*

17 *Ratum haberi, ſtipulatio prætoria eſt.*

18 *Indiuidua vbi ſunt facta, impoſſibile eſt pœnam diuiduam eſſe ex Bologneto.*

19 *Ratam rem haberi, reſpectu principalis ſtipulationis, indiuiduum eſt, ſaltem ſolutione.*

20 *Ratum, de quo in §. Cato, Alciatus reſtringit ad negotium pecuniarium ex Bologneto.*

21 *Pœna indiuidua non videtur poſſe committi pro parte.*

Declarat tamen Author remiſſiuè, num. 22.

23 *Ratum haberi, etiam pœnale, etiã ad rem, vel factum indiuiduum, diuiduum eſt inter plures hæredes.*

Ideoque pœna pro parte tantum peccantis committitur, num. 24.

25 *Stipulationes, de quibus in l. pœnales §. Iulianus ff. ad l. Falcid. ſunt ſine pœnæ adiectione.*

Et ſunt incongruæ præſtationis ſecundùm ſe, num. 26.

Quia tamen prætoriæ ſunt diuidũtur inter hæredes, num. 27.

28 *Iudicatum ſolui ſecundùm ſe indiuiduum eſt.*

Diuiduum tamen, vel multiplicabile ex pacto &c. num. 29.

Item ſi diuiduum adiudicatum ſit, num. 30.

31 *Iudicatum ſolui ad prætorem relatum, diuiduum eſt.*

32 *Stipulatio de defendendo ſi ſit conuentionalis, indiuidua eſt etiam quò ad hæredes.*

Prætoria verò diuidua eſt, nu. 33.

Ratio affertur, num. 34.

35 *Prætoriæ omnes ſtipulationes eiuſdem interpretationis ſunt, quit nam ſit ſenſus horum verborum.*

36 *Stipulatio Rem ratam haberi prætoria eſt.*

Ideo noſtra ſtipulatio Rem ratam haberi, diuidua eſt, etiam ſi ſit de facto indiuiduo, num. 37.

Ratio potiſſima affertur, num. 38.

39 *Ratum haberi de quo in noſtro §. Cato, non eſt ſtipulatio prætoria ex Bartolo.*

40 *Ratam rem haberi, verba illa in l. 1. §. Cautionales ff. de prætor. ſtipul. ſunt ſuſpecta iuxta aliquos.*

Sed ex Authore ſuſpicio non eſt, an Rem ratam haberi ſit prætoria, num. 41.

Sed an ſit potius iudicialis, quam conuentionalis, num. 42.

Vtra autem ſit ſemper prætoria eſt, num. 43.

44 *Rati promiſsiones reperiuntur & non prætoriæ.*

Et hæ ſæpius merè conuentionales ſunt, num. 45.

46 *Rati ſtipulatio prætoria, ad iudicia ferè pertinet.*

47 *Rati ſtipulatio prætoria cautionalis eſt.*

48 *Cautionalis ſtipulatio quæ ſit.*

49 *Rati ſtipulatio, de qua in noſtro §. Cato, prætoria eſt, & quare.*

50 *Rem ratam haberi titulus ad prætorem pertinet.*

51 *Iudicatum ſolui titulus ad prætorem pertinet.*

52 *Rem pupilli, vel adoleſcentis ſaluam fore, pertinet ad prætorem.*

Sed imo communis eſt, num. 53.

Sæpius tamen ad prætorem pertinet,

Digitized by Google

net, numer. 54.
Interdum etiam ad iudicem, & quando, num. 55.
56 *Text. in l. pœnales §. Iulianus ff. ad l. Falcid. non loquitur de hæredibus, quatenus hæredes ſunt, ex nonnullis.*
Qui reijciuntur, num. 57.
Deſcendit enim illa ſtipulatio ad hæredes ex cauſſa hæreditaria, num. 58.
59 *Amplius non agi, etiam pœnale, eſt diuiduum.*
60 *Hæredes ratum habituros, ſtipulatio illa etiã pœnalis, diuidua eſt.*
61 *Cato noſter non agit de ſtipulationibus diuidui, & indiuidui, quatenus ſtipulationes ſunt, ſed quatenus pœnales.*
62 *Pœna indiuidua quomodo poſſit diuiduè committi.*
63 *Text. in l. pœnales §. Iulianus ff. ad l. Falcid. non agit de ſtipulatione pœnali.*
Continet tamen illam, num. 64.
Et quidem in ſui ratione, num. 65.
Ratio affertur, num. 66.
Sed rationis ratio, num. 67.
68 *Indiuidui, & diuidui diſtinctio ex gloſſa non pertinet ad dationem, ſed ad factum.*
Reijcitur, num. 69.
70 *Offenſus aduerſus ſtipulationem duplex habet remedium, vt agat ſcilicet vel ad intereſſe, vel ad pœnam.*
Si ad intereſſe agat, illud integrũ conſequetur, num. 71.
Si ad pœnam, pœna diuidua eſt, & ſibi imputet qui pœnam elegit, num. 72.
73 *Pœnam diuiduam eſſe, & facta indiuidua implicat contradictionẽ ex Bologneto.*
Qui reprehenditur, & ratio reprehenſionis affertur, nu. 74.
75 *Pœna eſt pro contemptu.*
76 *Prætor pro parte contemptus iniquum arbitratur totam committi pœnam.*
77 *Pœna etiam in ſtipulationibus, debet commenſurari delicto.*
78 *Prætorijs in ſtipulationibus adhuc defunctus qui peccauit in parte, integram commiſit pœnam.*
79 *Intereſſe indiuiduum eſt, & quõ.*
80 *Pœna cur diuidua eſſe poteſt vbi factum indiuiduum eſt.*
81 *Acceſſorium regulariter ſequitur naturam ſui principalis.*
Non tamen ſi acceſſorium ipſum habet prouiſionem ſpecialem à lege, num. 82.
83 *Rem ratam haberi indiuiduum eſt ſolutione, & præſtatione ex Alciato, ne ſequatur inconueniens text. in l. In executione §. pro parte ff. de verb. obl.*
Reijcitur illud inconueniens. n. 84
85 *Inconueniens de quo in l. In executione §. pro parte ff. de verb. obl. non habet locum in ſtipulationibus negatiuis.*
86 *Rati ſtipulatio habet implicitum pactum de non petendo, de non agendo &c.*
87 *Inuito ſtipulatori non competit beneficium tex. in l. In executione §. pro parte ff. de verb. oblig.*
88 *Text. in l. In executione §. pro parte ff. de verb. obligat. nouiſſimè*

multipliciter declaratur.

89 Pœna indiuidua non poteſt committi pro parte ex pleriſque.

Qui reijciuntur. num.90.

91 Aeſtimatur Indiuiduum, quando obligatio indiuidua reſcinditur in parte, ſiue ipſo iure, ſiue ope exceptionis.

Infertur ad commiſſionem pœnæ conſiſtentis in ſpecie certa, n.92.

93 Stipulatio Rem ratam haberi, ſemper diuidua eſt inter plures cohæredes.

Ideo non committitur niſi pro parte peccantis, num. 94.

Ratio expenditur, num.95.

96 Prætor quorſum ſtipulationes ſuas introduxerit.

97 Diuiduitatis ratio in ſtipulatione Rem ratam haberi, poſita eſt in æquitate.

98 Diuiduitatis ratio in prætorijs ſtipulationibus eſt ex æquitate.

99 Contractus bonæ fidei habent pœnã diuiduam inter hæredes.

Et hoc ratione æquitatis.nu.100.

101 Contractus bonæ fidei maximè conueniunt cum prætorijs ſtipulationibus.

102 Contractus ſunt omnes bonæ fidei de iure canonico.

103 Contractus cum Principe geſti, ſunt omnes bonæ fidei.

104 Contractus bonæ fidei in indiuiduis an ſint diuidui.

Quid in contractibus ſtricti iuris, num.105.

106 Pœna in prætorijs diuidua eſt.

107 Contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, ratione diuiduitatis, vel in diuiduitatis, non videntur differre.

108 Text. in l. In depoſiti ff. depoſ. declaratur.

109 Facti appellatione in materia depoſiti quid veniat.

110 Repræſentationis ius quid operetur in materia diuidui, & indiuidui.

111 Aeſtimatio vbi refertur ad dolũ, inſolidum obligat.

112 Text. in l. In depoſiti in fin. ff. depoſ. loquitur de æſtimatione.

113 Contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, differunt etiam de iure canonico.

114 Aequitas non abhorret pœnam conuentionalem.

Ratio affertur, num.115.

116 Mercatorum in curia ex æquitate pœna non petitur, niſi quatenus realiter intereſt, ex nonnullis.

Qui reijciuntur, num.117.

118 Mercatorum in curijs attendendã eſſe æquitatem, quomodo illud ſit intelligendum.

ARGVMENTVM.

¶ Stipulatio illa: Hęredesq; ratum habituros: an diuidua ſit, an indiuidua; Quid ſi de re, aut facto agatur indiuiduo; quid pœna adiecta, potiſſimùm indiuidua. Amplius, quid in Rato prætorio, quid in cõuentionali. Quid demum

in

in Contractibus bonæ fidei, quid in Contractibus ſtricti iuris.

Nam hac ſtipulatione, & ſolus tenebitur, qui non habuerit ratum.

SECTIO XIIII.

VIdemus hoc loco in ratione quam textus affert, ipſam inuerti ſtipulationẽ eiuſve conceptionem; dicitur.n.in ſtipulatione, *Titium hæredẽq. eius ratum habiturum*; In ratione ve-
1 rò exorditur † textus ab hæredibus, mox ad Titium deſcendit. Dũ igitur habet textus huius ſectionis verba illa: *Nã hac ſtipulatione,& ſolus tenebitur,qui non habuerit ratum*: Res eſt & negotiũ de ſola partitione illa ſtipulationis: *Hæredemq. eius ratũ habiturum*; non autem & de illa: *Titium ratum habiturum*.

Eſt ideo principale propoſitum, primariumq; inſtitutum in hac ſectione, An ſtipulatio illa: *Hæredesq. ratum habituros*: diuidua ſit an indiuidua.

Et eſſe diuiduam ſecundũ ſe
2 reſpectu rei † diuiduæ res nullã prorſus patitur difficultatem, vt *noſtro textu, in propoſitis verbis. Eſt etiam textus in l.2. §.Incertam quantitatem ff.de prætor. ſtipul. in l.pœnales actiones §. Iulianus ff.ad l.Falcid. Iaſ.hic in 6.notab.Soc.ſen. not.vlt. Alciat.nu.16. Butigel.nu. 57.Crot.num.25.*

Difficultas eſt in quatuor, quorum

Primum eſt, quãdo ſtipulatio
3 non eſt † ſimplex ad rem diuiduam, ſed pœnalis eſt.

Secundum, qñ in ſtipulatione
4 vel res † indiuidua verſatur vel indiuiduum factum quid tunc ratione pœnæ.

Tertium, qñ ſtipulatio *Rem
5 ratam haberi* eſt ad quid † indiuiduum, quid dicendum reſpectu principalis ſtipulationis.

Quartum, quid quando huic ſtipulationi *Rem ratã haberi* adij
6 citur † pœna indiuidua.

Ad primum

Et equidẽ vbi ſtipulatio pœnalis eſt, plures Accurſiũ ſecuti voluere prouiſionem effici indi
7 uiduam, licet in ſtipulatione † prætoria verſemur, etiã ſi quod
8 deducitur in ſtipulationem † diuiduũ ſit; fuit hæc opinio *gloſſ. in l. pœnales §. Iulianus, in verbo Interpretationis ff. ad l.Falcid. ibi:* Quoniam vbi pœna adiecta eſt in ſtipulatione, licet ſtipulatio contineat diuiduum, puta pecuniæ dationem: aduerſus omnes committitur & in ſolidum propter vnum: Quia diſtinctio di-
9 uidui, & indiuidui, ad † factum, non ad dationem pertinet. Hæc gloſſa. Atque quòd *textus in d. §.
10 Iulianus*, nihil immutet in † ſtipulationibus prætorijs, quando fuit adiecta pęna, ideoq; diuiſio-

ſionem illam commiſſæ ſtipula-
tionis inter plures hęredes non
pertinere ad prætorias ſtipula-
tiones, quibus ſit adiecta pęna,
voluit *Bolognin.hìc nu.* 176. *cuius*
opinionem fuiſſe ēt antiquorum, &
communem ēt tempore Bologn. te-
*ſtatur Par ſ.par.*2.*n.*443.*pag.*237.
Ideoq; cum ex ſententia eiuſdē
Pariſ.in 2.*par.num.* 268.*pag.*174.
Quicquid omnes à ſcopo aber-
rauerint, licet cōtrauētio vnius
non noceat niſi in parte, tota ta
men cōmittitur pęna cōtra om-
nes. Hæc Pariſ.Si igitur in præ-
11 torijs ſtipulationibus † nil im-
mutatū eſt, vbi pœna adijcitur,
profectò ſtipulatio ēt prætoria,
quò ad pęnæ commiſſionem in-
diuidua erit.

Texus verò *in l.* 2. §. *incertam*
*ff.de prætor.ſtipul.*addo ego,nul-
12 lam equidē continet † pœnam,
ſed ſolū intereſſe;quod tū patet
ibi:At in cōtrariū ſumma ratio-
ne fit, vt vno ex hæredib. ſtipu-
latoris vincente,in partem eius
cōmittatur ſtipulatio, hoc.n.fa-
cere verba ſtipulationis quanti
ea res eſt.Hæc textus.Quæ diui
ſio,dico ego, locū habet ēt non
appoſitis ijs verbis ſtipulatio-
13 nis quanti ea † res eſt,ſubaudi-
14 tur nanque. Tū ēt,quia †appo-
ſita pęna ſtricto iure cōmittitur
ſtipulatio in ſolidū,licet ij quo-
15 rum non intereſt, doli mali†ex-
ceptione ſubmoueātur *l.*2.§.*fin.*
ff.de verb.obl.

Ad ſecundum.

Vbi verò amplius in ſtipula-
tionem deducitur res, vel factū
16 †indiuiduū,tūc magis exclamat
Bologn.totā ſcilicet pœnā com
mitti etiam in pretorijs ſtipula-
17 tionibus,qualis noſtra† eſt,*Ra-*
tum haberi, ēt ſi vnus tantùm ex
hæredibus peccet in ſtipulatio-
nem, vt ſi non ab omnibus hære
dibus vno peccante debeatur,
tota ſaltem cōmittatur à contra
faciente,ſic.n.inquit Bolognet.
ſeruabitur æquitas,quā pre ocu
lis ſemper habet pretor;eſſet.n.
iniquitas,& quidem maxima,vt
qui offenditur in toto, in parte
tātùm reſtauretur. Præter quòd
aliud aſſerere implicat contra-
dictionem,poſtquam impoſſibi-
le eſt,inquit Bolognetus, quòd
ſi facta ſunt indiuidua, pœna
18 † ipſa diuidua ſit, *gloſſ. in l.pœ-*
nales §.*Iulianus,in verbo Interpre*
tationis,ff.ad l.Falcid.Ripa hìc nu.
78.*in fi.& num.*79.*Bolognet.num.*
402.

Ad tertium.

Quando ſtipulatio Rem ratā
haberi eſt ad indiuiduū aliqd,
quid dicendum reſpectu princi
palis ſtipulationis, an ea ſit di-
uidua,an indiuidua. Et Alciat[a]
voluit tunc hanc ſtipulationem
19 eſſe indiuiduam † ſaltem ſolu-
tione, ne eueniat inconueniēs
tex. in l. In executione § *pro par-*
*te ff.de verb.oblig.*quare teſte *Bo-*
*lognet. hic num.*205.Alciatus re-
ſtringit ſtipulationem Rati, de
qua in *noſtro* §. *Cato*, ad negotiū

20

20 † peccuniarium. Idem prorſus
voluit nemine allegato *Pariſ. 2. part. num. 259. pag.* 171.

Ad quartum.

Ridiculum videtur de eo du
21 bitare, an pęna † indiuidua cō-
mitti poſſit pro parte, cum indi
uidui nullæ partes, nulla diui-
ſio *noſtro textu, & in l. ſtipulatio-
nes non diuiduntur ff. de verb. oblig.*
22 Tu tamen ea omnino † vide, q̃
ſcripſimus ſuperius *ſectione 3. ad fin. & infra num. 62.*

Ad hæc omnia placet vt cum
Bartolo dicamus, ſtipulationē
Rem ratā haberi, ſiue ea ſit ſim-
plex, ſiue pęnalis, etiam in ordi
ne ad rem, vel factū indiuiduū,
23 inter plures † hæredes diuiduā
eſſe, imò verò actu diuiſam, pę-
24 namq. tantùm pro † portione
peccantis cōmitti, *Bart. hic nu. 23. de communi Iaſ. nu. 37. & hanc communiter teneri teſtatus fuit Ripa num. 78. Bolognet. num.* 402.

De ſtipulatione enim ſimpli
ci iam *textus eſt in l. pœnales §. Iulianus ff. ad l. Falcid.* vbi ſcias
25 ſtipulationes illas eſſe ſine † pę-
næ adiectione quidem, eſſe tñ
indiuiduas ſeu magis velis, in-
26 congruæ † præſtationis ſecun-
dum ſe ſi diuidantur; nihilomi-
27 nus quia † prætoriæ ſunt diui-
duntur inter hæredes. Ecce .n.
28 † Iudicatum ſolui indiuiduum
eſt ſecundum ſe *l. Iam tamen §. ſi tamen plures ff. Iudicatum ſolui, l. ex clauſula ff. eod. gloſſ. in l. ſi ex duobus, in principio, in verb. partē
ſuam ff. eod. Bart. hic num. 21.* Li-
29 cet † diuiduum, vel multipli-
cabile ex pacto, ex patientia
ſtipulatoris, & ex imploratore
medio Epiſtolæ *l. fin. C. de conſtit. gloſſ. in d. l. ſi ex duobus, in princ. in verb. partem ſuam ff. Iudicatum ſolui, quæ ita intelligit textum in l. Ex iudicatum ſolui, & in l. fin. ff. eod.*
30 Vel niſi † diuiduum adiudica-
tum ſit. *Pariſ. apud me correctus par. 2. num. 445. pag. 238.* Vbi tñ
ſtipulatio Iudicatum ſolui ad
31 ipſum † prætorem refertur, nō
ſolùm ſtatim diuidua eſt quò
ad hæredes, ſed amplius actu
diuiſa, *textus in d. §. Iulianus, & in l. 2. § incertam ff. de prætor. ſtipul. Bart. hic num. 21. 22. 23. Pariſ. part. 2. num. 434. pag. 23.*
Stipulatio & ipſa de defenden-
32 do ſi non ſit prætoria, ſed † cō-
uentionalis, iam indiuidua eſt
etiam quò ad hæredes *l. cum ex cauſſa ff. de verb. obl.* ibi: Inſolidū
defendenda eſt &c. Sed cū vno
defugiente omnes defugiſſe vi
deantur, ideoq; omnes teneantur: vnicuiq. pro parte hæredi-
taria præſtatio incumbit. *Addo textum in l. In executione §. Inſolidum verò ff. de verb. oblig. Alciat. hic num. 63. & nu. 216. Bart. n. 21.*
30 Vbi verò † prætoria eſt, iā quò
ad hæredes diuidua eſt, *d. § Iu-*
34 *lianus & locis cit.* Cuius rei † ra-
tio ea eſt, quæ in eodem contex
tu ſcribitur, ſcilicet, Quia oēs
prætoriæ ſtipulationes eiuſdem
interpretationis ſunt. Hæc text.

35 Hoc eſt† non vt committantur in ſolidum, ſed nec æqualiter, aut pro virili, ſed pro modo, & portione cuiuslibet peccantis. At verò ſtipulatio, Rem ratã ha-
36 beri ſtipulatio † prætoria eſt *l. 2. §. Incertam qualitatem ff. de prætor. ſtipulat. l. 1. §. Cautionales ff. eod.* igitur ſi in materia diuiſionis inter hæredes plures, oẽs ſtipulationes ẽt continẽtes factũ indiuiduum, prætoriæ tñ, diuiduæ ſunt ex æquitate, de qua mox erit agendũ, profectò no-
37 ſtra † ſtipulatio Rem ratam haberi, eo etiam caſu quo fit de facto indiuiduo, diuidua tamen
38 erit adhuc. Potiſſimùm † verò quia alias inanis eſſet clauſula illa: omnes enim prætoriæ ſtipulationes eiuſdem ſunt interpretationis.

Hic obiter nota malè in dubium reuocaſſe, aut ſaltem rem indubiam nõ conſtituiſſe *Bart. hic num. 24.* dum hæc ponit verba: Dicendũ eſt ergo, quòd paragraphus iſte nõ habet locum
39 in † ſtipulationibus prætorijs, ſed in alijs; & ideo in ſtipulatione Rem ratã haberi dicitur hìc, quòd indiſtinctè committatur contra eum ſolum, qui contrafecit, & ei ſoli contra quem fuerit factum, ſiue fuerit interpoſita ſuper diuiduo, ſiue ſuper indiuiduo, SI ponimus eam eſſe prætoriam. Hæc Bartol.

Nihil adducit Bartolus vt ſaltẽ dubitationem coloret. Mihi verò viſus fuit, ni fallor, expendiſſe mente tenus antiquiores quoſdam *in l. 1. §. Iudiciales, & §. Cautionales ff. de prætor. ſtipul.* ibi .n. dum ait Vlpianus: Cautionales ſunt autem, quę inſtar actionis habent: & vt ſit noua actio, intercedunt: vt de legatis ſtipulationes, & de tutela, & Ratam rem haberi, & Damni infecti. Hæc textus. Antiquiores eo loco, & Moderniores nonnulli
40 verba † illa, & Ratam rem haberi, dicunt eſſe ſuſpecta. Fateor, verum ſuſpicio eò non p̃-
41 tinet, an ſit ſtipulatio † prætoria, vel non prætoria; Sed an ſit
42 † Iudicialis potiùs, quàm cautionalis. Vtra autem ſit, Semper
43 prætoria † eſt *d. l. 1. in princ. & §. 1. ff. de prætor. ſtipul.* Et omnes prætoriæ ſtipulationes in hac facti ſpecie, quò ad diuiuiſionem eiuſdem ſunt interpretationis *l. pęnales §. Iulianus ff. ad l. Falcid.*

Non ſum tamen is ego, qui neſciam reperiri promiſſiones
44 de rato etiam non † prætorias, quod non ſolùm ſupponit *Bartol. hìc num. 24. & alij pleriq.* Sed etiam poſt plures alios *Ripa in l. quod te, num. 47. ff. ſi cert. pet.* Sunt equidem geminæ ſtipulationum Rem ratam haberi claſſes, quarum altera nõ prætoria,
45 quæ ſæpius merè † conuentionalis eſt, altera verò prætoria, quæ
46 ad Iudicia † ferè pertinet; Cau-
47 tionalis nanque † eſt prætoria ſtipu-

ſtipulatio.Rem ratam haberi *l.*
1.§.cautionales ff.de prætor ſtipul.
Eſt autem cautionalis ſtipula-
tio,ſtipulatio prętoria,quæ pro
48 pter † ſententiam interponi-
tur,licet non propter proceſsũ,
aut inſtantiam, ſed propter aliã
cauſſam æquitatis, vt notanter
Caſtrenſ.in l. 1. §. 1. in princ. ff. de
prætor.ſtipul.
Dico tamen ſtipulationẽ Ra-
49 ti,de qua in *noſtro §.Cato*, eſſe †
prętoriam,tum ob formulã illã:
Titium, hæredemq; eius ratum
habiturum; tum potiſſimum ob
illa finalia verba:Quamuis ipſe
dominus pro parte ratum habe-
re non poteſt,quæ certè ad prę-
toriam pertinent Rati ſtipula-
tionem *l.2.§.Incertam ff. de præ-*
tor.ſtipul. ibi: Et rem ratam do-
minum habiturum. Et paſsim
in titul. Rem ratam haberi, quẽ
50 † certum eſt ad prætorem per-
tinere,quẽadmodũ, & ſuperio-
51 rem tit. Iudicatum † ſolui de
quo in *d.§.incertam*, & proximũ
tandem, immediatumq. titulũ,
52 Rem pupilli,vel † adoleſcentis
ſaluam fore, qui titulus & ipſe
pertinet ad prætorem *l. 1. l. 3.*
pluribusq. alijs in legibus ſequen-
tibus ff.eod.rem pupill.ſaluam fo-
re; dico vt plurimum,ſcio nanq.
ſtipulationem Rem ſaluam fore
53 pupilli † cõmunem eſſe,ideo,&
ad Iudicis, & ad prætoris offi-
cium pertinere, ſæpius tamen
54 † ad prætorem,interdum ad Iu
55 dicem † ſi aliter res expediri
non poſſit *l.5.in princ.ff.de verb.*
oblig. ibi: Communes ſunt ſtipu
lationes,veluti Rem ſaluam fo-
re pupilli; nam, & prætor iu
bet Rem ſaluam fore pupillo
caueri:& interdum iudex, ſi ali-
ter expediri hæc res nõ poteſt.

Sunt amplius, qui opinentur
textum in d.l.pęnales §.Iulianus
ff. ad l.Falcid. non loqui de hære
56 dibus,quatenus † hæredes ſunt,
ſed quatenus negotium ab eis
cępit, ita vt iam non repræſen-
tent defunctum,ſed ex facto ꝓ-
prio conueniantur. Quibus
57 omnino † aduerſatur veritas
textus in d.§.Iulianus, ibi: Siue à
parte actoris, ſiue à rei plures
hæredes extitiſſent, non omni-
bus,nec aduerſus omnes actio-
nem contingere, &c. mecumq.
conueniunt, vel ego cum ijs; ij
ſunt, *Ripa hic num. 78. verſ. Iſta*
ſolutio non videtur tuta.Addo Pa-
riſ. in 2.par.nu.436.pag.234.ibi:
Sed longè fallitur: quia hic in-
tellectus non ſolùm eſt contra
gloſſam in verbo extitiſſent,ſed
etiam contra textum, ibi; Siue
à parte actoris,ſiue à parte rei;
58 Vbi præſupponit † ſtipulationẽ
inter principales interpoſitam
in eorum hæredes deſcendere,
& ſic ex cauſa hæreditaria. Hæc
Pariſ. quem amplius videas ea-
dem repetentem *ead.par.2.num.*
441.pag.236.

De pęnali ſtipulatione quod
non ideo ratione pęnæ efficia-
tur indiuidua, eſt textus noſter

in binis ſtipulationib⁹, ſcilicet
59 † Amplius nõ agi, & in hac quã
60 de agimus, Hæredes † ratũ habituros; dum enim textus dicit, quòd hac ſtipulatione ſolus tenebitur, qui non habuerit ratũ, ipſemet Accurſius gloſſat tenebitur nomine pœnæ; Sed nec res aliter intelligi poteſt, cùm in *noſtro* §. *Cato* agatur de ſtipulationibus diuidui, & indiuidui,
61 non † quatenus ſtipulationes ſunt, ſed quatenus pœnales.

De ſtipulatione autem facti
62 indiuidui, aut de pœna † indiuidua ſtipulationi adiecta, quomodo adhuc non deſinat ratione indiuiduitatis eſſe diuidua ratione commisſionis; quomodove nullum ſequatur abſurdũ, nullumvè inconueniens *l. In executione* §. *pro parte ff. de verb. obl.* videas plenè in ſectione *Amplius non agi*, & patebit ex contrariorum ſolutione.

Non obſtant contraria.

Primum enim non obſtat; fateor equidem *textum in l. pœna-*
63 *les* §. *Iulianus ff. ad l. Falcid.* non† agere de ſtipulaiione pœnali; procedit tamen illius textus diſpoſitio, ſiue ſimplex ſit ſtipu-
64 latio, ſiue † pœnalis, vt ex frequentiori calculo, *Bart. Angel. Alex. Imol. hic*, quos etiã refert *Parſ. par. 2. nu. 437. pag. 234.* Cõplectitur enim textus ille pœna-
65 les ſtipulationes in ſui † ratione, quia ſcilicet ex *Parſ. par. 2. nu. 452. pag. 240.* generale eſt in omnibus prætorijs ſtipulatio-
66 nibus videlicet vt pro † rata cuiuſq. intelligãtur interpoſitæ, quia prætor non introduxit
67 eos, vt quis† lucretur, ſed vt tutus, & indemnis ſit iuxta mentẽ ſeu prouidentiam à prætore intentam, ſecundùm quam hæ ſtipulationes intelliguntur, & regulãtur, & hoc eſt ꝙ textus ait, omnes ſtipulationes eſſe eiuſdẽ interpretationis. Hæc propè Parſ. Sed & hæc veritas probatur in *noſtro* §. *Cato*. Quod verò dicit *Accurſius in d.* §. *Iulianus, in verb. Interpretationis*, quòd di-
68 ſtinctio† Diuidui, & Indiuidui non pertinet ad dationem, ſed ad factum, *Parſ. par. 2. nu. 435. pag. 234.* dicit hoc nõ poſſe quadrare. Quod & ipſe verius opi-
69 nor, licet † ſæpius, vt ſemper in §. *Cato*, *& in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. obl. & alibi*, diſtinctio diuidui, & indiuidui referatur ad factum.

Secundum nec ipſum obſtat, nec. n. iure clamat Bolognetus, licet vt ſibi videtur tam acutè, vt tandem meo iudicio fauces ipſas vulneret. Quod. n. dicit Bolognetus de iniquitate, & q. dem maxima, vt qui offenditur in toto, in parte tantùm reſtauretur; Scire debuit Bolognet⁹,
70 quòd is, qui offenditur† duplex habet remediũ, vt agat ſcilicet vel ad intereſſe, vel ad pœnam; ſi enim ad intereſſe, integrum
71 illud conſequetur † quanti ſcilicet

Digitized by Google

licet intereſt; offenſus ideo in toto, in toto quoque reſtaurabitur *l. In ſtipulatione ff. de damn. inf. l. In depoſiti in fin. ff. depoſ.* Si verò ad pęnam, pęna diuidua
72 eſt, ſed ſibi † imputet qui pęnã elegit. Quod tandem dicit *Bolo*
73 *gnet. num.* 402. implicare † contradictionẽ quòd facta ſint indiuidua, & pęna diuidua; ſcire debuit, quòd licet factum ſit indiuiduum, contemptus tamen di-
74 uiduus † eſt ex parte pluriũ hæredum, qui non totũ ſinguli repræſentant defunctum, ſed omnes totum, ſinguli verò ſingulas repræſentant defuncti quotas pro portionibus hæredita-
75 rijs; ideo quia pęna eſt pro † cõtemptu, & dum vnus hæres tantùm contemnit, non totus contempſit defunctus, ſed quota defuncti pro portione hæreditaria, inuitis nec conſentientibus alijs quotis defuncti, alijs ſcilicet cohæredibus: prætor ꝑ
76 parte contemptus † iniquum arbitratur totam committi pęnam, cum .n. principalis obligatio diuidua ſit non ſolum, ſed imo actu diuiſa inter hæredes, pęna commenſurari debet deli
77 cto † non illud excedere *l. reſcriptum, l. hæres qui tacitum ff. de his quibus vt indign.* latè *Iaſ. in l. ex facto* §. *Iulianus ff. de vulg. in puncto Par. ſ. par. 3 nu.* 524. Et hęc non eſt, vt opinor, poſtrema ra-
78 tio, cur etiam in † prætorijs ſtipulationibus defunctus dũ peccat in parte, integram committat pœnam, non ita hæredes, ꝗ ſi realem metiri velit offenſam ſtipulator, non autem contemptum, agat ad intereſſe, quod
79 † totùm conſequetur tamquam indiuiduum, vt iam diximus. Si verò ad has ſubtilitates non perueniat tua Minerua, dic factum indiuiduum eſſe poſſe, &
80 pęnam † diuiduam ex eo, quòd licet regulariter acceſſorium ſe
81 quatur † naturam ſui principalis, ideoque & ipſa pęna regulariter indiuidua ſit vt facto adijcitur indiuiduo, attamẽ nõ ſequitur acceſſorium naturam ſui principalis, quoties acceſſo
82 rium ipſum habet † prouiſionẽ ſpecialem à lege vt noſtro caſu, *l. centum Capuæ, & l. fin. ff. de eo quod certo loco, l. ſi cui fundum ff. de fund. inſtr. Dyn. in cap. acceſſorium, num. 2. de reg. Iur. in 6.*

Tertium Alciati nec ipſum obſtat, dum is voluit ſtipulationem Rem ratam haberi ad aliquid indiuiduum, & ipſam indiuiduam eſſe ſaltem ſolutione,
83 hoc eſt † præſtatione, ne contingat inconueniẽs, de quo *textus in l. In executione* §. *pro parte ff. de verb. oblig.* Etenim difficultatem optimè ſoluit *Bolognet.*
84 *hic num.* 205. quòd non † ideo definit eſſe diuidua, quoniã inconueniens dicti §. pro parte, non habet locum in ſtipulatio-
85 nibus † negatiuis, atque adeo in hac Rati, in qua eſt implicitũ

paɑum de non petendo, de nō
86 agendo,de non† mouendo cō-
trouerſiam,quorum ope poteſt
ſemper ſtipulator rem integrā
obtinere, pro quo adduco ego
*textum in l. Procurator cum pete-
ret ff. rem rat. hab.* Quod ſi nolit
excipere ſibi imputet,nec enim
87 offenditur niſi volens, neque †
inuito ſtipulatori competit be-
neficium *d.§. pro parte.* Ampli⁹,
quòd diſpoſitio *d. §. pro parte*,
non habet locum quādo agitur
88 de † auocando ab ipſo ſtipula-
tore, ſed tunc demum quando
agitur de ſatisfaciendo ipſi ſti-
pulatori per affirmatiuam ſtipu
larionem.

Et equidem ſi aliud dicam⁹,
malè diceret rextus ſimpliciter
Rē ratā haberi diuiduā eſſe quò
ad hæredes, incongruæ verò di
uiſionis quò ad promiſſorem,
ſed ita dicendum fuerat. Rem
ratam haberi ad aliquid indiui-
duum, ſemper ſtipulatio indiui
dua eſt; ad aliqd verò diuiduū,
indiuidua eſt, ſeu incongruæ
diuiſionis, quò ad promiſſorē,
& diuidua ſiue actu diuiſa quò
ad promiſſoris hæredes.

Quartum tandem, quòd ſcili
89 cet ridiculum videatur † pęnā
indiuiduam committi tantùm
pro parte, cùm indiuidui nullæ
ſint partes, nullaq. diuiſio, *no-
ſtro §. Cato,& l. Stipulationes non
diuiduntur, in princ. ff. de ver.obl.*
ridiculum certè non eſt;ridicu-
lum fortè illud ignorare iure
90 ſcilicet cautum ad† æſtimatio-
nem indiuidui veniendum, qñ
obligatio indiuidua reſcindit
91 in parte ſiue ipſo iure,ſiue† o-
pe exceptionis *l. Cùm filius, in
princ. ff. de leg. 2. l. purè §. 1. ff. de
doli except. l. lege falcidia interue-
niente ff. ad l. Falcid.* ideo pęna
ſiue diuidua,ſiue indiuidua cō-
mittitur effectualiter pro parte
92 tantùm contrauentionis † etiā
ſi pęna conſiſteret in certa ſpe-
cie, vel certo corpore, venitur
enim ad æſtimationem, *Petr. de
Bellapert. Roman. Aretin. Alex.
& alij*, quos non ſolùm refert,
ſed amplius dicit eorum veram
opinionem eſſe *Pariſ. in 3. part.
num.*286.*pag*.410.*num.* 523. *pag.*
491. *& num.*524.*addens dicto nu.*
286. quòd contrarium ſentien-
tes communiter quidē ſentiūt,
verum in communem labuntur
errorem.

Vera igitur aſſertio eſt,quam
ſtabiliuimus, vt ſtipulatio Rem
ratam haberi, ſiue ſimplex ſiue
pęnalis, ſiue ad diuiduum, ſiue
ad indiuiduū,imo ipſam quoq;
adiectam pęnam indiriduā, ea
93 omnia † vel diuidua, vel actu
diuiſa inter plures cohæredes,
94 nec committi niſi pro † parte
peccantis.

95 Ratio illa † iam eſt, de qua
*textus in l. pęnales §. Iulianus ff. ad
l. falcid.* quam nuper hac eadē
in ſectione expēdim⁹ ex *Pariſ.
par. 2. nu.* 452. *pag.* 240. Quia ſci-
96 licet† prætor ſtipulationes ſuas
non

non introduxit, vt quis lucretur, ſed vt tutus ſit, & indemnis iuxta mentem, & prouidentiã à prætore intentam.

Vides ideo totam ferè ratio-
97 nẽ huius diuiduitatis in † prætoria hac ſtipulatione Rem Ratam haberi, quemadmodum & in alijs prætorijs ſtipulationi-
98 bus, poſitam in † æquitate.

Hinc ideo non contemnendi quidẽ nominis viri opinati sũt,
99 vt in contractibus bonæ † fidei pœna ſemper diuidua ſit inter hæredes, & committatur tantũ ab hærede peccante, ſecuti maximi nominis ducem, & patronum *Bartolum hic nu.* 24. ſcilicet
110 ob rationẽ† æquitatis, quæ tã ſoli locum vindicat in contra-
101 ctibus bonæ† fidei ac in prætorijs ſtipulationibus; & textum tandem in *l. In depoſiti ff. depoſiti.*

Quæ ſi ita ſe habeant, etiam in contractibus ſtricti iuris de iure Canonico pœna eodẽ pacto committetur, quo in contractibus bonæ fidei; ſi quidem
102 de iure † Canonico, omnes contractus cẽſentur bonæ fidei, quæ eo iure ſola attẽditur æquitas, ſola ſpectatur bona fides, *Bald. in cap.* 1. *in vlt. col. prope fin. de plus petit. Iaſ. in l. cum fundus, in princip. nu.* 3. *ff. ſi cert. pet.* Quinimo idem erit amplius in contractibus cũ Principe geſtis, qui
104 & ipſi ſunt omnes† bonæ fidei *Iaſon loco cit. num.* 2. *Bald. in cap.* 1. *§. ſi quis verò, vna de pace conſtãtiæ, Boſſius in tit. Principe, num* 12. *Crementis ſing.* 36.

Malè tamen tanti viri Bartolum expendunt; ſed & Bartolus ipſe labitur. Neq. enim Bartolus vult in contractibus bonę fidei eodem pacto committi pœnam, ijsdemq. conditionibus, quibus in ſtipulationibus prætorijs; ſed quòd, vt etiam teſtatur *Bolognet. hic num.* 276. in cõ-
104 tractibus bonæ fidei, in † indiuiduis ſi quis ſolus cõtrauenit is ſolus tenetur nõ alij cohæredes, verum qui contrauenit tenetur inſolidum, ſolus licet; in cõtractibus verò ſtricti iuris, in
105 † indiuiduis dum vnus cõtrauenit, omnes tenentur, non ille ſolus, non tamen inſolidum aut ille, aut alij, ſed pro hæreditaria quilibet portione, cùm regreſſu non peccantiũ aduerſus peccantẽ *l.* 2. *§. ex his ff. de verb. oblig. l. In executione, in fine prin. ff. eod.* At in prætorijs, etiam in
106 indiuiduis, ſi de † commiſſa pœna agatur, is ſolus tenetur qui committit, nec tamen in ſolidum, ſed pro ſua portione, iã & diximus, & probauimus.

Bartolus tamen & ipſe labitur, nec enim quòd ad hanc, de qua agimus, diuiſionem, aut in diuiſionem, diuiduitatẽ, aut indiuiduitatem, conſtituenda eſt
107 † differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris *Bolognet. hic nu.* 280. *vbi etiam Caſtrenſis, & Aretin. & quidem per textũ in*

in l. hæredes §. *an ea,* & §. *Idem iuris ff. fam. erciſc. iuncta l. In minorum C. de in integr. reſt. minor.* & *l. ſi hæres ff. de eo, quod certo loco, per textum etiam in l. cum ex cauſſa, in l. in executione* §. *inſol dum in l. 3. ff. de verb. obl. in l. 1. C. de luit. pignor.* quæ iura & adducit, & clarè inducit *Bolognet. loco cit.* ad id de quo agimus.

Nec text. in l. In depoſiti ff. depoſ. facit quicquam pro opinio-
108 ne Bartoli; ſiquidem textus † ille dum ex primæua, originaria, & propria depoſiti actione agendum eſt, non inſolidũ damnat, ſed pro portione hæreditaria; en verba textus: In depoſiti actione, ſi ex facto defuncti agatur aduerſus vnum ex pluribus hæredibus pro parte hæreditaria agere debeo. Hęc tex-
109 tus. Hic verò appellatione † facti defuncti intelligas nõ modò dolũ defuncti, ſed amplius nõ adhibitam cuſtodiam, & diligentiam ex natura cõtractus, hæc.n. oĩa ꝓueniũt ex cauſa hæreditaria. Dũ verò agimus aduerſus hæredem ex proprio hęredis facto originato ab ipſo hęrede non proueniente tamen à cauſſa hæreditaria verè, & propriè, tunc ſolus tenetur hæres relinquẽs, & quidem in ſolidũ, quia nulla habetur hoc caſu re-
110 latio ad ius † repreſentationis, ad principalem obligationem inter hæredes diuiſam, & vno vt verbo dicam, nulla habetur ratio portionis, aut cauſſæ hæreditariæ. Ad quod ſunt ſatis clara verba illa *textus in d. l. in depoſiti, in fin. ff. depoſ.* Si verò ex ſuo delicto inquit textus, pro parte non ago: meritò, quia æſti-
111 matio † refertur ad dolũ, quẽ inſolidum ipſe hæres admiſit. Hęc textus. Dicere etiam poſſumus *text. in d. l. in depoſiti, in fin.*
112 *ff. depoſ.* loqui de † æſtimatione atq. adeo de intereſſe, quod vt vidimus ſuperius non habet eaſdem regulas cum ſtipulatione pœnæ. Si alia velis, vide *hic Bolognet. nu.* 278. qui non malè loquitur hac in re.

Si tamen ſuſtineas adhuc opinionem Bartoli, ne tamen exiſtimes idem iudicium prorſus de contractibus bonæ fidei, & de contractibus ſtricti iuris attento iure canonico; adhuc enim
113 † longiùs differunt, quam Baldus, & alij fuerint opinati; Vide *Iaſonem in l. Cum fundus, in princ. nu. 3. ff. ſi cert. pet.* Hoc potiſſimũ caſu; neq. enim æquitas abhor-
114 ret † pœnam cõuentionalem, imo amplectitur omnino, ſi fides frangatur, cum nihil magis congruat humanæ fidei, quàm
115 † pacta, & conuentiones, inter ipſas partes factas ſeruari. Ideoq. multis reijcit *Angelum conſ. 219. Arbitrator,* & *Fran. Aretin. in noſtro* §. *Cato, in 1. col. Iaſon in l. 2.* §. *Item ſi in facto num. 16.* & *17. ff. de verb. oblig.* Illi nanq. vo-
116 luerunt in mercatorum † curia

ria ex æquitate pęnam non ſolùm diuiduam eſſe, ſed amplius eam commiſſam non poſſe peti niſi quatenus realiter, & effectualiter interſit. Hos reijcit Iaſon loco cit. & ſolidis quidem
117 † rationibus, concludens, quod ſi caſus ſibi in facto contingeret, conſuleret contra Angelum, & Aretinum; pulcherrimèq; declarat vulgatum illud quomodo ſit intelligendum ſci
118 licèt quòd † in curijs mercatorum eſt attendenda æquitas. Vide eum.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio illa, Titium, hæredęq. eius ratũ habiturum, ſi fuerit offenſa, quis agat ad pęnam.*

2 *Offenſus tantùm agit in ſtipulationibus, tam prætorijs, quàm non prætorijs.*

Quid nulla appoſita pœna, nu. 3.

Quid iterũ pęna ſtipulationi adiecta, num. 4.

5 *Offenſus vnus ex pluribus hæredibus ſtipulatoris, facit vt integra committatur pęna, ex Caſtrenſe.*

Ratio adducitur, nu. 6.

7 *Intranſmiſſibilia ad hæredes, tranſmiſſibilia tamen ex prouiſione hominis in perſona hæredum ſunt quid nouum.*

8 *Offenſus vnus ex pluribus hæredibus ſtipulatoris, non facit, vt integra committatur pęna ex Alexandro.*

Ratio affertur, nu. 9.

10 *Offenſus vnus ex pluribus hęredibus ſtipulatoris in iure verè hæreditario, pro parte tantùm offenditur.*

Ideo licet de iure ſtricto tota committatur pęna, num. 11.

Per doli tamen exceptionem pro parte tantùm offenſi committitur ſtipulatio, num. 12.

Etiã ſi pęna eſſet indiuidua, n. 13.

Etiam ſi in certa ſpecie, num. 15.

Saltem in prætoria ſtipulatione, num. 14.

16 *Indiuiduum quando deducatur in æſtimationem.*

17 *Text. in l. 2. § fin. ff. de verb. oblig. declaratur.*

18 *Offenſus vnus ex pluribus hæredibus ſtipulatoris in iure non verè hæreditario, facit, vt tota committatur pęna.*

Ratio affertur, num. 26.

Ratio rationis, num. 27.

19 *Text. in l. hæreditarium ff. de bon. auth. Iud. poſſidend. declaratur.*

20 *Stipulatio in tranſmiſſibilis ſi ad hęredes tranſmittatur, apud eoſdem eſt noua ſtipulatio, multiplicabilis potius, quàm diuiſibilis.*

21 *Vſus perſonalis eſt, & ſua natura intranſmiſſibilis.*

Si tamen tranſmittatur, ſinguli hæredes non integrum vſum cõſequuntur, ſed partem tantùm, num. 22.

Quod tamen contingit potius occaſione, quàm ratione, num. 23.

Ideo pertinet potiùs ad factum, quàm ad ius, num. 24.

Quare quò ad ius vnus ex hæredibus conſequitur vſum in ſolidum,

dum, num. 25.

28 *Hæredes plures concurrunt, vbi habent cauſſam abſolutam à teſtatore.*

29 *Hæredes plures non concurrunt vbi habent à teſtatore cauſſam conditionatam.*

Ratio affertur, num. 30.

31 *Pęna an multiplicetur vbi vnus plures offendit.*

32 *Solutione vnius an cæteri liberentur.*

An ſit locus repetitioni, num. 33.

ARGVMENTVM.

¶ Ex pluribus ſtipulatoris hæredibus offenſus alter, an ſolus agat, & quidem ad totam pœnam, tum in cauſſa abſoluta, tum in cauſſa conditionata. Pœna, ſi vnus in plures peccet, an multiplicetur; plura item ea de re, quod aiunt, remiſſiuè.

Et ſolus aget, à quo fuerit petitum.

SECTIO XV.

IN ea ſtipulatione, Titium, hæredemq. eius ratum habiturum certum eſt eũ ſolum ex ſtipulato
1 ribus acturum ad pœnã à † quo fuerit petitum. Sed quia dicit textus per particulam demonſtratiuam, *Nam hac ſtipulatione ſolus aget, à quo fuerit petitum*, aliud videtur ſentire textus in alijs ſtipulationibus ſaltem nõ prætorijs, ideo huius ſectionis apparatum diuido in duo.

Primum erit, an in ſtipulationibus non prætorijs ſolus agat ex hęredibus ſtipulatoris à quo fuerit petitum, ſeu qui fuerit offenſus.

Secundum an offenſus ad totam agat pęnam in ſolidum aduerſus hæredem promiſſoris offendentem, an verò tantùm pro portione hæreditaria.

Ad primum.

Dico non ſolùm in ſtipulationibus prætorijs, ſed etiam in
2 non prætorijs † illum tantum agere qui offenſus eſt; hac tamẽ cum diſtinctione, quòd in ſtipu
3 lationibus eiuſmodi, aut † nulla apponitur pęna, aut apponitur; ſi nulla tunc ſiue ſit prætoria, ſiue nõ prætoria ſtipulatio, is ſolus agit qui offenſus eſt, alijs verò non offenſis nõ committitur ſtipulatio, dico ipſo iure, ita vt non offenſi, ſeu à quibus nõ fuerit petitum, prohibeantur à limine iudicij, & litis ingreſſus impediatur, vt de prætoria ſtipulatione eſt *textus in l. 2. §. incertam ff. de prætor. ſtipul. in l. pęnales §. Iulianus ff. ad l. Falcid.* de non prætoria eſt *textus in l. 2. §. item ſi in facto, verſ. Si verò pęna*
4 *nulla ff. de verb. oblig.* Si verò † pę-

na

na ſtipulationi adiecta eſt,tunc
ſi prætoria ſit ſtipulatio, ſolus
agit ipſo iure qui eſt offenſus,
& à quo fuit petitum, cohære-
des autem non offenſi reijciun-
tur ipſo iure,*noſtro* §. *Cato*. Quod
ſi pęna adiecta ſit ſtipulationi
non prætoriæ,tunc ipſo iure pę
na inſolidum omnibus commit
titur,& ſtricto iure omnes cohę
redes pęnam petere poſſunt;nō
offenſi tamen doli exceptione
ſubmouentur *l. Idem iuris,& l. 2.
§. fin. ff. de verb. oblig. ibi:* Nam pę
na ſubiecta efficit vt omnibus
committatur;*& ibi:* Contra aūt
ſi ſtipulator deceſſerit qui ſtipu
latus erat ſibi hærediq. ſuo age
re licere: & vnus ex hæredibus
eius prohibeatur intereſſe di-
cemus vtrū inſolidū cōmittatur
ſtipulatio, an pro parte eius, q
prohibitus eſt. Nam ſi pęna ſti-
pulationi adiecta ſit: inſolidū
committetur; Sed qui non ſunt
prohibiti,doli mali exceptione
ſubmouebuntur. Hæc textus.

Ad ſecundum.

Variæ ſunt opiniones, de qui
bus *Ripa hic num. 99.* voluerunt
ſiquidem *Angel. Ancbar. & alij
ibi relati, ſed et Albericus in l. hæ-
redes §. in illa ff. fam. ercisc. & ma
ximè ex profeſſo Caſtrenſ. in l. 2. §.
item ſi in facto, num. 2. ff. de verb.
oblig.* vt promittens non offen-
dere Titiū, & eius hæredes ſub
pœna mille, offendendo vnum
5 ex hæredibus ſtipulatoris in† in
tegram incidat pœnam ſoli of-
fenſo inſolidum perſolu ēdam
6 Rationem † addunt,quòd eiuſ-
modi promiſſio tanquam non
tranſitura ad hæredes ex ſui na
tura eſt perſonalis, ideoq. dum
tranſit ex prouiſione hominis
ad hæredes, in perſona hæredū
7 eſt † noua ſtipulatio, quilibet
igitur hęres habet actionem in-
ſolidum, vt contingit in ſtipula
tione vſus.

Alexander in *d. § item ſi in fa-
cto*, contendit committi tantum
8 pro † hæreditaria portione hæ-
redum ſtipulatoris, quia adhuc
9 hæc † noua ſtipulatio in perſo-
nis hæredum ſtipulatoris licet
noua ſit, acquiſita tamen eſt ex
facto defuncti, & illis tanquam
hæredibus defuncti, atq. adeo
ius eſt hæreditarium *l. hæredita-
rium ff. de bon. auth. iud. poſſid.*
Sunt in eodem voto *Angel. in l.
ſi ſeruus §. ſi plurium ff. ſi quis cau
tion. Cuman. Imol. & alij in l. ſtipu
latio iſta § ſi quis ita ff. de ver. obl.*

Ego rem altius repetendo.

Dico primò; Vbi ſumus in iu
re verè hæreditario, quod ſuap
te natura ex iuris diſpoſitione
ad hæredes tranſeat, tunc quia
hæredes ſtipulatoris non ex ꝓ
pria agunt perſona, ſed nec ſim
pliciter quatenus ijs à defun-
cto proſpectum eſt, ſed quate-
10 nus † hæredes ſunt, qui offen-
ditur, pro parte tantum offen-
ditur, ideoque licet de rigore,
11 & de iure ſtricto† tota,& inte-
gra committatur pęna,per doli

12 tamen exceptionem cùm † non
offenſi ſubmoueantur, pro par-
te tantùm eius qui ꝓhibitus eſt,
ſeu à quo fuit petitum, & vno vt
dicam verbo pro parte tantùm
eius, qui offenſus eſt, cõmittitur
ſtipulatio *l.2.§.fin. ff.de verb.obl.*

13 Etiam ſi pœna eſſet † indiui-
dua; reſcinditur enim ſaltẽ prę-
toria in ſtipulatione, vel ipſo iu
14 re, vel ope † exceptionis, etiam
ſi in certo cõſiſtat aut corpore,
15 aut in ſpecie † certa *Pariſ. in 3.
part. num. 286. pag. 410. nu. 523. et
nu. 524. pag. 491.* venitq. in æſti-
16 mationem † indiuiduum, eoque
præſidio diuiditur pœna licet
indiuidua *Pariſ. loco cit. qui &
Petr. Bellapert. allegat, et Romani
& Alex. & Aretin. & alios; & fa-
cit textus in l. purè. §. 1. ff. de dol.
except. in l. lege Falcidia interue-
niente ff. ad l. Falcid. in l. Cum fi-
lius, in princ. ff. de leg. 2.*

Scias tamen vix eſſe vt *textus
in l.2. §. fin. ff. de verb. oblig.* con-
ueniat hãc communem, poſtea-
quam illa verba: In ſolidũ, Pro
parte non referuntur iugulo pſ-
ſo ad portiones hæreditarias;
Sed ad perſonas cohæredum re
ferri poſſunt vt nõ obſcurè ſen-
17 tit Accurſius; ita vt ille † etiam
poſſit eſſe ſenſus; Vt tota com-
mittatur pœna, & quidem inſo-
lidum ſingulis ſtricto iure, ſed
qui non ſunt prohibiti, doli ma
li exceptione ſubmouebuntur
ab eo ſcilicet promiſſoris hære-
de, qui offendit, qui prohibuit,
qui petijt, ne ideo pœna multi-
plicetur; ab eo etiam ſtipulato-
ris hærede, qui offenſus eſt, qui
ꝓhibitus, à quo petitũ, ne ideo
ſtipulatoris cohæredes cum of-
fenſo concurrant in pęna com-
miſſa.

Dico ſecundo; Vbi ſumus in
18 iure non verè † hæreditario, ꝗ
ſcilicet ſuapte natura ex iuris
diſpoſitione ad hæredes nõ trã-
ſeat, ſed nec idem numero tran
ſire poſſit, tunc quia hæredes li-
cet occaſione hæreditaria, non
tamen hęreditario iure, ex pro-
pria agunt perſona, vnus ex hæ-
redibꝰ ſtipulatoris offenſus ad-
huc integram & ſolidam conſe-
quetur ab offendente pœnã, nõ
autem pro portione hæredita-
ria. Ad quod tamen *vide Natta.
conſ. 79. num. 10. cum Bart. ibi al-
legat. Et Clar. in §. fin. q. 84. nu. 7.*

Nec obſtat textus, quo aduer
ſarius *Alex. mititur eſt vero tex. in
l. Hęreditarium ff. de bon. auth. Iud.
19 poſſid.* nanq. ibi † ſtipulatio col-
lata poſt mortem promiſſoris,
ideo facit hęreditarium eſſe de
bitum, quia eſt de re ſuapte na-
tura ad hęredes eadem numero
tranſmiſſibili nos verò in ſtipu-
latione rei merè perſonalis, quę
ſui natura non tranſit ad hære-
des, ſed ſi caueatur à defuncto,
vt ad hęredes tranſeat, noua in-
cipit eſſe creatura apud hære-
20 des, multiplicabilis † ideo po-
tius; quàm diuiſibilis.

Quòd ſi dixeris, quid de Vſu,
qui

qui & ipſe, & perſonalis eſt, &
21 † intranſmiſſibilis ſuapre natu-
ra ad hæredes *Inſt. de vſu, & ha-*
bit. in princ. attamen *hæres ſtipu-*
latus vnus ex hæredibus ſtipu-
latoris illius qui ſtipulatus fue-
rit vſum ꝑ ſe, & hæredibus ſuis,
non integrum conſequitur vsũ,
22 ſed pro † parte tantùm *l. fundo*
vſu legato, & l. diuus Hadrianus ff.
de vſu, & habitat.
Dico illud contingere potius
23 † occaſione, quàm ratione *l. la-*
beo ff. de riuis, gloſſ. in l. vſus pars
in verbo Pro parte ff. de vſu, et ha-
bit. ideoq. potiùs pertinet ad
34 factum † quàm ad ius *l. ſi vt cer-*
to §. ſi duobus vehiculum, vbi gloſ.
in verb. vehiculi ff. commodat. Ha-
bet ideo, & ille hæres ſtipulato
ris vſum inſolidum quod perti-
25 net ad † ius, & ſi ſolus eſſet nec
haberet cohæredes, & ſolus to-
tum vſum conſequeretur etiam
quò ad factum *Bart. hìc num. 29.*
Noſtro autem caſu, licet hæres
offenſus habeat cohæredes, ip-
26 ſe tamen ſolus, & † inſolidum
pœnam cõſequitur, quia ſolus,
& totus fuit offenſus, ideoque
27 hoc caſu † ſolus hæres.
Plures .n. hæredes ideo aliàs
concurrunt, quia habent cauſsã
28 † abſolutam à teſtatore; in ſti-
pulatione verò de qua agimus
habent cohæredes cauſſam non
abſolutam, ſed conditionatam,
29 ſi fuerint † prohibiti; qui ergo
ſolus prohibetur, ſolus offendi-
tur, & ipſe ſolus, & inſolidũ pœ
nam à peccãte conſequitur, quã
30 hoc caſu ipſe † ſolus hæres eſt
nullos habens cohæredes.
31 Nunquid autem pœna † mul-
tiplicetur, ſi vnus plures offen-
dat; nunquid vnicæ pœnæ ſit lo
cus ſi plures vnum offendant;
quid ſi per modum vnius; quid
ſi per modum plurium; quid ſi
eodem tempore; quid ſi tempo
ribus diuerſis; an pro virili, an
pro portione, an inſolidum; an
ſemel, an pluries; an vnius ſolu-
32 tione † cæteri liberentur; an ſi
vnius ſolutione cæteri liberen-
33 tur † ſit locus repetitioni ab
eo qui alterius ſolutione fuit
liberatus, non eſt huius loci; Vi
de *tex. in cap. fin. de Iniur. & dãn.*
dat. in l. Item Mela §. ſed ſi plures
ff. ad l. Aquil. in l. vulgaris §. ſi duo
ff. de furt. in l. ſi plures, in princ. ff.
arb. furt. cæſ. in l. ſi plures ſerui ff. de
Iniur. gloſſ. in l. ex maleficijs §. pen.
in verbo agendum ff. de act. & obl.
Bart. in l. ſemper §. ſi in ſepulchro,
per totum vbi etiam latè additur
ff. quod vi aut clam, eundem Bart.
in l. 1. §. ſi plures ff. de eo per quem
factum erit, eundem Bart. in l. præ-
tor ait, §. ſi ad plures ff. de ſepulch.
violat. eundem Bart. adhuc in l. ſi
in rixa, num. 7 ff. ad l. Cornel. de ſi-
car. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 84. n. 7.
Natt. conſ. 79. Viſa num. 10. vol. 1.
quem ſolum allegat Clarus. Quibus
adde Corn. conſ. 151. à nu. 5. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Marcellus I. C. an Paulo anteceſſerit, an potiùs ſucceſſerit.*
2 *Marcellus I.C. quo tēpore vixerit.*
3 *Labeo I.C. Octauium Auguſtum vidit imperantem.*
4 *Paulus I. C. an fuerit ante Labeonem.*
5 *Labeones duo, & qui.*
6 *Antiſtius Labeo Paulum præceſſit.*
7 *Domitius Labeo Paulo ſucceſſit.*
8 *Domitius Labeo Hadriani temporibus floruit ex alijs.*
Quod non placet Authori, nu. 10.
9 *Hadriani imperium.*
11 *Vlpius Marcellus quo tempore Romam exornauerit.*
12 *Iulius Paulus I.C. Patauinus, quo tempore floruerit.*
13 *Iulianus I. C. Mediolanenſis Hadriani Adſeſſor.*
14 *Alfenus I. C. Cremonenſis Romani Imperij Conſul.*
15 *Iacobi Maynoldi Præſidis, & Regij Conſiliarij Amplitudo.*
16 *Alfenus I. C. ab omnibus Varus nuncupatur.*
Sed tamen ab alijs P. Alfenus Varus, num. 17.
Ab alijs P. Alfinius Varus, n. 18
Ab alijs verò P. Aſinius Varus, num. 19.

ARGVMENTVM.

¶ Marcellus I.C. an Paulo anteceſſerit, an potius eidē ſucceſſerit: difficultas tota, ex bino Labeone, Antiſtio ſcilicet Labeone, & Domitio Labeone, remouetur.

Idque, & Marcello videtur.

SECTIO XVI.

Qui in ſtabiliendo noſtro Catone adeo elaborauerūt, immo verò tam variè agentes, Catones confuderunt; quid quæſo agerent modò, ſi Paulum reſpondentem in noſtro textu, Marcellumq. amplius à Paulo laudatum obſeruaſſent?

Ea eſt non minimi ponderis difficultas. Paulus enim noſtri reſponſi prudens, & author, dū ſuper illa ſtipulatione, *Titium, hæredemq. eius ratum habiturum*, nonnulla reſpondet, ait, *Idque, & Marcello videtur.*

1 At verò Marcellus Paulo † non anteceſſit, ſed ſucceſſit. Marcellus enim qui & Vlpius Marcel-
2 lus ab Antonino Pio ad † ſeuerū vixit anno CLX. Paulus verò Labeonem allegat, eiuſque meminit *in l. quamuis ff. de in ius vo-*
3 *cando*; quī certè Labeo † Octauium Auguſtum vidit imperantem; quo tempore Redemptor Mundi D.N.I.C. natus eſt. Pau-
4 lus igitur † ante Labeonem, Labeo plus, quàm per integrū ſæculum ante Marcellum. Aut ergo falsò, aut ſuſpectè nimis, Pau

Digitized by Google

lus laudat Marcellum; Marcel-
lus longè poſterior, veriùs, &
Laudabiliùs, Paulũ teſtaretur.

Negotium ferè nullum, ſi cre
dimus *Io. O. apud me correcto*, qui
5 inter Nomina Iuriſprudẽtum †
duos recenſet Labeones; Anti-
ſtium ſcilicet Labeonem, qui lõ
6 go† interuallo Paulum præceſ-
ſit; hunc igitur Labeonem prio
rem laudat, citat, & quod aiunt,
allegat Paulus multa poſt tem-
pora ab eodem Labeone. Alter
verò Labeo, eſt Domitius La-
beo poſterior, qui Paulo de iu-
re reſpondẽti anno CCXXXII.
7 poſt temporum interualla† ſuc
ceſſit, quod ſatis probat *textus
in l. pen. ff. de exception.* dum La-
beo Paulum refert, ibi: Paulus
ait, ſi quis ſtatuam &c.

Quo loco caueat, quiſquis
hunc auhorem legit conſtituen
tem Domitium Labeonem po-
8 ſteriorẽ Hadriani temporibus†
floruiſſe; Eadem enim ferè ſu-
pereſſet adhuc difficultas cum
9 † Hadrianus imperauerit ab an
no CXIX. Ideoque Paulus ad-
10 huc† poſt Domitium Labeonẽ,
idem Paulus poſt Antiſtium La
beonem intercedentibus ſæcu-
lis. Marcellus ſemper poſt Pau-
lum.

11 Vlpius Marcellus † Romam,
patriam ſuam exornauit anno
12 CLX. Iulius Paulus † Pa-
tauium anno CCXXXII. cùm iã
13 Saluius Iulianus ſeuerus † Me-
diolanẽſis Hadriani in Iudicijs
Adſeſſor, Mediolano gloriam,
decus, & ornamentum addidiſ-
ſet anno CXXXIV. & Alfenus
14 Varus † Cremonenſis Imperij
Romani Conſul, Cremonę an-
no III. quam tandem poſt alios
15 lõgè cumulauit Jacobus† May-
noldus Patricius Cremonenſis
Ampliſſimi Senatus Mediolanẽ
ſis Præſes, & Regius Cõſiliari⁹,
pius, iuſtus, prudẽs, omni bona-
rum artium, & bonorum omniũ
genere cumulatiſſimus, vel te-
ſte *Io. Franciſco Faraſaſſarenſi, de
Rebus Sardois, lib. 1. ſub Idus Iu-
lias anni M. D. LXXIX.*

Scias verò, ne exiſtimes nos
puros Iuriſconſultos; Hiſtorio-
graphos in Varo conſule, hoc
eſt in cognomine, & etiam in tẽ
pore conſentire omnes, differre
tamen in Alfeno, hoc eſt in no-
mine. Etenim *Io. Ol. de Nomi-
nibus atque temporibus Pruden-*
16 *tum, hunc nuncupat Alfenum* †
*Varum. Sed & Henricus Glarea-
nus in temporũ ſupputatione apud*
17 *me poſt Decades T. Liuij*, hunc†
ſcribit P. Alfenum Varum. At ve
rò *Antonius Contius in Faſtis con-*
18 *ſularibus* P. Alfinium † Varum
19 appellat. *Panuinius* † *verò in
Chronologia, P. Aſinium P. filiũ,
Varum, nominatim compellat.*

Sed iam ad alia; Vix licet
apud me ſtatuam, hæc vnquam
aut pigenda, aut pudenda, aut
pœnitenda.

SVMMARIVM.

1 *Pœna adiecta facto diuiduo quatenus committatur.*

2 *Rati ſtipulatio in principali promiſſore reſpectu intereſſe eſt diuidua.*
Sed reſpectu pœnę eſt indiuidua, num. 3.
In hæredibus tamen eſt diuidua, & quò ad intereſſe, & quò ad pœnam, num. 4.

5 *Iudicatum ſolui, ea ſtipulatio continet incertam quantitatem.*

6 *Stipulatio Rem ratam dominum habiturum continet quantitatē incertam.*

7 *Damni infecti ſtipulatio, & ipſa cōtinet incertam quantitatem.*

8 *Ratam rē haberi, ea ſtipulatio quomodo, & quatenus diuidua, vel indiuidua.*

9 *Text. in l. ſi procurator* 18. *ff. rem ratam haberi, declaratur.*

10 *Procurator ex Iaſone punitur in quota, non in tota, ſed dominus in tota.*
Reijcitur differentia ab Authore, num. 11.
Ratio adducitur, num. 12.

13 *Text. in l. ſi procurator* 18. *ff. rem ratam haberi, nullam continet pęnam.*

14 *Intereſſe diuiduū eſt, et quomodo.*

15 *Cato noſter, ſeu Paulus, in vltimis verbis declaratur aduerſus communem, ex nonnullis.*
Sed & num. 16.
Amplius, num 19.
Quæ omnes declarationes reijciuntur ab Authore, num. 20.
Senſusq; verus adducitur, num. 21.
Ratio adducitur, num. 22.

17 *Oeſtrum quid apud Græcos.*

18 *Aſilus quid apud Latinos.*

ARGVMENTVM.

¶ Cato, Paulusve noſter, quid re verà ſibi velit in poſtremis textus noſtri verbis: Communis ſententia aduerſus quoſpiam latè ſuſtinetur.

Quamuis ipſe dominus pro parte ratū habere non poteſt.

SECTIO. XVII.

Senſus horum verborū huiuſue ſectionis, præſens, clarusq; eſt ſatis certè; ſcilicet: Pęna adiecta facto diuiduo, pro parte contrafacientis tantummodò committitur, ſed aduer-
1 ſus ipſum promiſſorem† inſolidum. Hoc voluit *Bart. hic in ſummario, hoc Iaſ. num.* 37. qui communiter id receptū teſtatur, vt
2 ſtipulatio Rati in † principali promiſſore reſpectu intereſſe ſit quidem diuidua, reſpectu ta-
3 men † pœnę ſit indiuidua; licet
4 in eius hæredib' ſit indiſtinctè† diuidua, & quòad pœnam, & quòad intereſſe. Pluribus communitem, niſi huius communis ſententiæ aduerſarius Pariſ. & ipſe teſtaretur hanc communē, hanc

hanc iuxta omnes hunc tandẽ noſtri paragraphi in fine ſenſũ omnium ad ſua vſq. tempora.

Ad quem ſenſum eſt ẽt *textus in l.2. in prin. ff. de prætor. ſtipul. ibi:* Incertam quantitatem con-
5 tinet † ſtipulatio Iudicatum ſol-
6 ui, & Rem ratam dominũ habiturum, & Dãni infecti, & his
7 † ſimiles: in quibus reſpondetur ſcindi eas in perſonas hæredũ. Quamuis (allegando pro ratione dubitandi, vt Azo ibi) poſſit dici ex perſona hæredum promiſſoris nõ poſſe deſcendentẽ à defuncto ſtipulationẽ, diuerſam conditionẽ cuiusq. facere. Hæc text. Itaut quicunq. videat tandem Rem ratam haberi, pœnes dominũ indiuiduam eſſe,
8 licet ea † ſtipulatio in perſonis hæredum non ſit indiuidua, ſed potius ſcindatur qui, & ipſe, ex communi, de pœnę etiam commiſſione expenditur.

Neq. verò negocium huic rei facit *text. in l. ſi procurator* 18. *ff. rem ratam haberi.* Omitto modò quæ, & recenſet, & reſpondet *Iaſ. hic num.* 37. Si non communiter approbatus, ac certè fre-
9 quenter † non reprobatus quẽ & ſecutus fuit *Pariſ. Iaſone ſupreſſo in 3. par. nu.* 520. *pag.* 490. vt aliud ſit in procuratore qui ex peccato domini repreſẽtati
10 non debet puniri in † tota, ſed in quota, mitius enim cum eo agendum videtur, qui pro alieno punitur peccato; quanquam
11 ego nunquã eiuſmodi † differentiam potui approbare inter dominum, & procuratorũ, cùm pro ratione ſubiectæ materiæ cũ ſua iuris ordinarij interpre-
12 tatione dum † procurator cauet Titium ratum habiturum, caueat eo modo, quo debet ratum haberi, ſed titius dominus ratum pro parte habere nõ poteſt. Ego ideo: quis non videt
13 ibi † nullam fuiſſe appoſitam pœnam, ſed tãtùm de eo, quòd, & quatenus interſit agi? quod
14 ſemper † diuiduũ eſt ea tenus ſcilicet, quatenus intereſt, *text. in d. l. ſi procurator, vbi etiam Gloſſa in ver ſtipulatio, ibi:* vel hìc nõ fuit pœna promiſſa, ibi ſic; ſed & eſt *in l. In ſtipulatione ff. rẽ rat. hab.*

15 Pariſ. tamen † pluribus in locis oppoſitum nõ modò ſentit, ſed manifeſtè profitetur, glorioſq. prædicat. etenim *in 2. part. nu. 564. pag.* 286. habet hæc ipſiſſima verba: Quantum ad §. Cato, in fine, omnes adusq. intelligunt ſenſum eſſe, quòd promiſſor facti diuidui ſub pœna, quamuis partem debiti principalis etiam maiorem cum effectu impleuerit, tamen incidit in totam pœnam cum effectu, qui eſt primus horum falſorum intellectuũ; nũquam enim textus hoc cogitauit, ſed tantùm in illis verbis videlicet, quamuis ipſe dominus pro parte ratum habere non poteſt obiter iudicare

care

Digitized by Google

care voluit in his diuiduis ſolutionem particularem non eſſe admittendam à principali debitore, quamuis ſtipulator teneatur eam admittere ab eius hęredibus pro eorum partibus. Hoc tantùm vult incidens illa clauſula vltima d. §. Cato,& nō aliud. Hæc Pariſ.

16 Idem *ibid.nu.565.* idem† contenerit, ibi: Non eſt ergo verū, quod omnes putant, dominum cadere in totam pœnam petendo mediam, vel etiam quamlibet partem, ac ſi totū peteret; hoc textus non dicit, nec vnq̃ cogitauit,nec vllus alius textus in iure, vt valdè mirandum ſit quonam œſtro perciti doctores adeò tranſuerſū acti ſint, vt verba vltima dicti §. Cato, ibi dominus pro parte ratum habere non poteſt, diſtorſerint, ideſt, ſi contrafaciat in parte,cadit in totam pęnam.Hæc adhuc ile.

17 Obiter † ęſtrum vocant Græ-
18 ci,quē latini† Aſilum,muſcę genus armētis maximè infeſtū, q̃ greges,vel diffugiant,vel ad inſaniam propè adigantur; qualis homini eſt inſomnis, & inurbanus culex. Sed ad nos.

Rurſus *idem Pariſ. par.3.num.*
19 520. *pag.* 490. habet hæc † verba: Omnes turpiter errarunt ſuper dicto verſiculo, Quamuis, ſubaudientes de ſuo capite ad textum,quin dominus cadat in totam pęnam, quæ ſubauditio falſa eſt, commentitia, & additítia. Hæc tādem ille,qui iactat hanc nouam, & verā doctrinā, omnia ideo ſufficienter, & nouè explicata,luci ſuæ,vſibus hominum, & praxi iudiciali, tam in conſulendo,quàm in iudicādo,reſtituta.

20 Hac tamen † licet ſuſpenſa hedera mihi vinū eiuſmodi nō venditabit ille. Quinimo communis opinio, quam ille refellit, veriſſima eſt; vt ſcilicet in finalibus verbis noſtri §. Cato,
21 ille ſit ſenſus † quòd promiſſor facti diuidui ſub pęna,quamuis partem principalis debiti perſoluat,in totam tamen,& ſolidā incidit pœnam,& quidem cum effectu. Tota enim Catonis in-
22 tentio, omneq. illius † propoſitum eſt circa commiſſionem pęnæ penes actū, vel circa poſſibile præſtationis principalis, non autem verſatur ille circa p̃ſtationem principalem primariò,ita vt quod inquirit de præſtatione principali diuidua,vel indiuidua, diuiſa vel indiuiſa, ſeparabili vel vnita, id totū nō propter ſe, ſed propter aliud inueſtiget, hoc eſt propter pęnam committendā vel pro parte, vel inſolidum. & equidem, meo iudicio, qui aliter ſentiat, abſurdè nimis ſentiat,conetur que aduerſus Catonem ipſum, Paulūve nō modò aduerſus hucusq. ab omnibus receptū ſenſum, & intellectum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 INdiuidua, & Diuidua, de quibus in noſtro §.Cato,non conſiderantur propter ſe, ſed propter pęnæ commiſſionem.

In l. ſtipulationes non diuiduntur ff.de verb. oblig. non ponuntur ratione pęnæ,ſed propter ſe,n.2.

3 Indiuidua facta,de quibus in l.ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. ſunt quatuor.

4 Fundum dari, Fundum tradi, Fundum reſtitui, tres ſunt termini apud Bartolum.

5 Fundum dari, & Fundum tradi,in caſu l.ſi ſtipulatus ſis ff.de vſur. vix implicitè differunt.

6 Fundum dari comprehendit ſtipulationem illam, Fundi vacuam poſſeſſionem tradi.

Quæ ambæ expreſſæ,et geminatæ, concipiunt, & continent etiam fructus, num.9.

Quos neutra ſtipulatio per ſe contineret, num.8.

7 Text.in l.ſi ſtipulatus ſis ff.de vſu. declaratur.

10 Rem reſtitui,& Rem reddi, ſynonima aliquando,imò ſæpius,formula.

11 Tradi ponitur aliquando pro Reſtitui.

12 Dare, & Tradere confunduntur aliquando.

13 Fundum, vel aliam ſpeciem dari, diuiduum eſt quò ad omnia.

Ideo inter hæredes diuiditur, & partis ſolutione liberatio contingit, num.14.

Si tamen de committenda pęna agatur, Fundum dari indiuiduũ eſt,num.15.

16 Fundum, vel aliam ſpeciem dari, cur ſit diuiduum, ex Bartolo.

Cur item ex Authore, num.17.

18 Species in ſtipulationem Rem dari deducta,tota, & integra eſt præciſè ſtipulatori præſtanda.

Solutio enim ibi non eſt variabilis,num.19.

Nec promiſſor liberatur ſoluendo intereſſe, num. 20.

21 Fundum dari cur indiuiduum ſit penes commiſſionem pęnæ.

22 Pęna non poteſt exigi tota,ſimulq. tota ſpecies deducta in ſtipulationem.

Sed fit computatio, num. 23.

24 Fundum dari eſt indiuiduum in pęnæ commiſſione, et vera redditur ratio.

25 Fundum dari ſecundùm ſe interdũ indiuiduum eſt.

Quod tamen eſt ex vi accidentiũ, & circumſtantiarum, nu.26.

27 Fundum dari vbi indiuiduum eſt ſecundum ſe, idem eſt quod Fundũ tradi.

Nominaliter ſcilicet Fundum dari, realiter Fundum tradi,n.28.

29 Fundum dari quando idem ſit quod Fundum tradi ex Bartolo.

Quando verò ex Iaſone, num.30.

31 Fundum tradi indiuiduum eſt obligatione, & ſolutione.

Infertur, num. 32.

33 Text. in l. In executione §. Item ſi ita ff. de verb.oblig. declaratur.

Declaratur,& alio modo, nu.34.

35 Fundum tradi cur indiuiduum ſit obli-

Digitized by Google

obligatione, & ſolutione.
36 Fundum tradi, ſeu aliam rem tradi, continet merum factum.
37 Fundi vacuam poſſeſſionem tradi, non continet merum factum, ſed cauſſam bonorum.
38 Factum merum, et factum nudum, idem important.
39 Fundi vacuam poſſeſſionem tradi, non eſt Fundum tradi, ſed Fundum dari.
40 Factum nemo praecisè cogitur praeſtare ex natura obligationis intrinſeca.
41 Fundum tradi ſi eſſet diuiduum, poſſet ſequi ſolutio in diuerſis partibus totorum.
Eſt & alia ratio, num. 42.
43 Fundus ijs volentibus, quorum intereſt, poteſt diuidi, & in plures fundos multiplicari ſecus re nõ integra, nec ijs volentibus, n. 44.
45 Locus inuito creditori pro fundo nec ſolui, nec praſtari poteſt.
46 Text. in l. 1. ff. de act. empt. declaratur.
47 Fũdum tradi praeciſam habet obligationem ad factum.
48 Fundum tradi in venditione non continet merum factum.
Ratio affertur, num. 49.
50 Text. in l. Datio poſſeſſionis, in princ. ff. de act. empt. ſuſtinetur cum communi lectione aduerſus pleroſq.
51 Fundum dari, & Fundum tradi, in materia venditionis, idem ſunt.
52 Fundum tradi, de quo in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de uerb. oblig. refertur ad Fundum venditum, ex alijs.
Quod latè reijcitur, num. 55.
53 Venditio habet naturam indiuiſã.
54 Euictionis promiſſio indiuidua eſt, & quomodo.
56 Fundum tradi in materia venditionis quia idem eſt quod Fundum dari, eſt diuiduum.
Ratio affertur, num. 57.
58 Text. in l. ſi cum vno ff. ſi ex noxal. cauſſ. declaratur.
59 Euictio poſt litem conteſtatam habet materiam indiuiduam.
60 Euictio ante litem conteſtatã, quomodo contineat materiam diuiduam.
61 Defenſio aliud eſt, aliud res defenſa cum ſua cauſſa.
62 Defenſio eſt indiuiſibilis.
Proprietas tamen, & ſua cauſſa diuiſibilis erit, num. 63.
64 Text. in l. Cum ex cauſſa ff. de verb. obl. declaratur.
65 Venditio in ſolidum defendenda eſt, cuius natura indiuiſa eſt, horum verborum quis ſit ſenſus.
Alius datur ſenſus, num. 67.
66 Indiuiſio non refertur ad venditionem, ſed ad illius defenſionem.
68 Fundum tradi cur in uenditione ſit diuiduum.
Cur item illius defenſio indiuidua, num. 69.
70 Venditionem eſſe indiuiſam aliud eſt, aliud Fundum tradi eſſe indiuiduum, vel diuiduum.
71 Venditio cur indiuiſa ſit.
72 Fundum tradi ſecundum ſe diuiduum eſt ex alijs.
Qui tamẽ manifeſtè terminos cõfun-

fundunt, num.73.

74 *Faciendum in caſu l.ſtipulationes non diuiduntur ff.de verb. oblig. quid ſibi velit, ex nonnullis.*

75 *Fundum tradi in caſu l.ſtipulationes non diuiduntur ff.de ver.obl. quatenus à quibuſdam expendatur.*

76 *Fundum tradi in allegato caſu, eſt ex aliquibus pro ædificãda turri.*
Infertur ideo quare ſit indiuiduũ, num.77.

78 *Textus in l.ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. aliter declaratur, præter alios.*

79 *Exempla in caſu l.ſtipulationes nõ diuiduntur ff.de verb.obl.non declarant, ſed reſtringunt.*
Præter regulas iuris, num.80.

81 *Exempla textus in l.ſtipulationes non diuiduntur ff.de verb. oblig. reſtringunt factum.*

82 *Orationis vnicæ, vnico ſcilicet verbo comprehenſæ, facultas, et uis.*

83 *Turrim ædificari, partes non admittit.*

84 *Fundum reſtitui eſt indiuiduum, ex aliquorum ſententia, quemadmodum, & Fundum tradi.*
Ratio adducitur, num.85.
Reijcitur quatenus, num.90.

86 *Stipulatio Rem tradi, quomodo verificetur.*

87 *Rem reſtitui quid ſupponat.*
Exemplificatur in depoſito, et cõmodato, num.88.

89 *Reſtitutio, multò magis merum factum continet, quàm traditio.*

91 *Reſtituo, ex vi ſtipulationis quid importet.*

92 *Reſtituo, quaſi rem tuam tibi ſtatuo, & argumentatio eſt ab etymologia, et ab Alluſione, ex Authore.*

93 *Reſtitutio ex vi vocabuli, quoddã ius prætendit perſeuerans apud reſtitutarium.*

94 *Fundum reſtitui vix cõmune quicquam habet cum ſtipulatione Fundum tradi,*
Sed potius cum ſtipulatione Fundum dari, num.95.

96 *Rem reſtitui, eſt ſtipulatio diuidua.*

97 *Fundum tradi, & Fundum reſtitui, non ſunt eadem, aduerſum nonnullos.*
Niſi totus fundus reſtitui poſſit, num.98.
Vel ſecuta ſit plurium fides, n.99
Vel etiam adſit æquipollentia legalis, n.100.
Vel legitima verborum ſignificatio, num.101.
Vel ſubiectum thema, num.102.

103 *Rem reſtitui, medium tenet inter obligationem Rem dari, & Rem tradi.*
Infertur primò quò ad obligationem, num.104.
Infertur ſecundò quò ad ſolutionem, num.105.

ARGVMENTVM.

¶ Fundum tradi, Fundũ dari, Fundum reſtitui, an diuidua ſint, an indiuidua. Propoſitio illa: Vẽditio habet naturam indiuiſam: cuius ſit ſenſus.

Fundum tradi.

SECTIO XVIII.

CAſtrēſis hic ex pro-
feſſo alia examinat
indiuidua, quæ om
nino pertinent ad
l. ſtipulationes non di
uiduntur ff. de verb. oblig. quod
certè ſi ex rigore ſit agendum,
non ſatis benè facit cum recen-
tioribus quibuſdam. Nec enim
Paulus I. C. cum Catone in no-
ſtro textu, indiuidua illa, diui-
duave ponit propter ſe, ſed ꝓ-
1 pter † pœnæ commiſſionē; qua
in re Pariſ. contrarium ſentien-
tem ſatis reiecimus in ſuperiori
ſectione, quamuis dominus &c.
Vlpianus verò in *d. l. ſtipulatio-*
nes non diuiduntur, indiuidua po
2 nit non ratione pœnæ, ſed † ꝓ-
pter ſe.

Quicquid ſit; Quia certè nō
contemnenda eſt affinitas inter
hæc duo iura penes theſim, &
hypotheſim, hypotheſim pręte-
rea ipſam ad alias ſeruitutes,
aliaue facta ampliatam, & pro-
tenſam: & ego poſt quæſtiones
noſtri textus, examino facta,
eorumq. ſtipulationes, de qui-
bus in *d. l. ſtipulationes non diui-*
duntur ff. de verb. oblig. Ea verò
3 facta, ex ue ſtipulationes ſunt †
quatuor;

Fundum tradi,	1.
Foſſam fodi,	2.
Inſulam fabricari,	3.
Operas,	4.

Sit ergo præſentis ſectionis
inueſtigatio, an Fundum tradi
diuiduum ſit, an indiuiduum.

Bartol. *in l. ſtipulationes non*
diuiduntur, num. 9. ff. de verb. obl.
4 conſtituit tres † terminos, quo-
rum primus eſt, Fundū vel aliā
ſpeciem dari; ſecundus, fundū
tradi; tertius, Fundum, ſeu rem
reſtitui. Sequuntur alij. Addo
ego; de ſtipulatione Fundum
dari, Fundum tradi, eſt *textus in*
l. ſi ſtipulatus ſis, vbi in gloſſ. 1. alia
adduntur iura ff. de vſur. Vbi ſcias
5 tamen vix † implicitè differre
ibi Fundum dari, & Fundū tra-
di; neq. n. ſimpliciter, dicitur
ibi Fundum tradi, ſed Fundi va
cuam poſſesſionem tradi; quo
6 caſu † ſtipulatio illa Fundum da
ri comprehendit ſtipulationem
illam Fundi vacuā poſſesſionē
tradi *l. 3. incipit, Datio poſſesſio-*
nis, §. ſi emptor vacuam ff. de act.
7 *empt.* non tamen otioſa † eſt ex-
preſſio, & ſeu geminatio illa qa
8 cùm neutra ſtipulatio per † ſe
faceret fruct' ſtipulatoris, ſiue
Fundum dari, ſiue Fundi vacuā
poſſesſionē tradi, geminatæ ſti-
9 pulationes † concipiunt etiam
fructus ad ſtipulatoris commo-
dum, & promiſſoris pręiudiciū,
gloſſ. 1. ibid. & Bart. gloſſ. iterum in
l. In conuentionalibus §. ſi quis va-
cuam, in verb. nudum ff. de uer. obl.
Aperitur nunc latisſimus cam-
pus latiori diſputationi; Sed ꝗ-
ſo ad alia, nec. n. hic ſuus eſt lo-
cus. De ſtipulatione ſeu alia
obli-

obligatione Rẽ reſtitui eſt *text.*
in l. Sed mihi videtur §. Hæres eius
ff. commodat. Cui adde textum in l.
10 *Poteſt agere ff. depoſ.* vbi † ſyno-
nima eſt formula, Rem reddi.
Amplius de illa ſtipulatione Fũ
dum dari, eſt *text. in l. In execu-*
tione § Item ſi ita ff. de verb. oblig.
& de ſimplici ſtipulatione Fun-
dum ſeu rem tradi eſt *text. in l. ſi*
rem tradi ff. de verb. oblig. Sed &
11 interdum Tradi ponitur † pro
Reſtitui, vt eſt *text. in l. ſi ſtipu-*
latus ſim la 3. eſt in ordine 81. *§. ſi*
lancem ff. de ſolut. iuncto textu in
l. fin. ff. depoſ. & in l. ſi duo hæredes
12 *ff. cod. depoſ.* Et alibi Dare, & †
Tradere confunduntur, & vnũ
pro alio expenditur *l. In execu-*
tione §. Item ſi ita ff. de verb. oblig.
Sed nobis de vi harũ formula-
rum agendum eſt modò verbis
propriè acceptis.

Primus igitur terminus eſt,
Fundum vel aliam ſpeciem da-
ri; quo caſu *Bart. in l. ſtipulatio-*
nes non diuiduntur, nu. 9. ff. de uerb.
oblig. dixit obligationẽ eſſe di-
13 uiduam, quò † ad omnia; quod
tum verè probat, tum optimam
rationem reddit. Probat, quia
14 & inter hæredes † diuiditur
eiuſmodi obligatio, & dũ pars
ſoluitur liberatio contingit, *l. ſi*
ſtipulatus §. 1. ff. de ſolut. & l. 2. §.
ſi tamen hominem ff. de verb. oblig.

Hic vides modò, quod paul-
lo ſuperius tangebã, quòd *text.*
in l. ſtipulationes non diuiduntur,
nõ expendit diuiduã, vel indi-
uidua penes commiſſionem pœ-
næ, ſed ſecundùm ſe; Cæterum
ſi de committẽda pœna agere-
tur, dicas intrepidè Fundũ dari
15 eſſe † indiuiduum, vt eſt *textus*
in l. In executione §. Item ſi ita ff.
de verb. oblig. verba textus: Si ita
ſtipulatio facta ſit; Si fundus
Titianus datus non erit cẽtum
dari? niſi totus detur, pęna com
mittitur centum: nec prodeſt
partes fundi tradere ceſſante
vno. Hæc textus.

Affert rationẽ ſui dicti *Bart.*
loco cit. quia licet qs ſoluat ſpe-
16 ciei partem, alia † nihilominus
pars præciſè ſoluẽda eſt, & ne-
que re perempta (ex tñ natura
intrinſeca obligationis) ſucce-
dit obligatio ad intereſſe *l. ſi ſer*
uum §. fin. ff. de verb. oblig. Addo
17 † ego: Ideoq. non accidit ab-
ſurdũ, de quo in *text. l. In execu-*
tione § pro parte ff. de verb. oblig.
qđ eſt, ſi in diuerſis ſpeciebus
partes ſoluentur. Neque. n. hoc
caſu contingere põt hoc abſur-
dũ, cùm integra, totaq. ſpecies
18 in † ſtipulationẽ Rem dari de-
ducta, ſit præciſè ſtipulatori p̃-
19 ſtanda, nec † ſolutio ſit variabi-
lis ex natura rei, nec n. promiſ-
20 ſor † liberaretur ſoluendo in-
tereſſe *l. ſtipulationum quædam §.*
hæc ſtipulatio, vbi Iaſ. num. 1. & 2.
ff. de verb. oblig. qui dicit textum
illum quotidie, ſeu tota die ad
hoc allegari. Qua ratione ſatis
clareſcit, cur penes commiſſio-
21 nẽ pęnæ dixerim ego † indiui-
duam

duã eſſe ſtipulationẽ fundũ dari *d. l. In executione §. Item ſi ita ff. de verb. oblig.* quia ſcilicet cùm
22 regulariter nõ poſſit pœna † exigi tota ſimul, ſimulq; tota, & integra ſpecies deducta in ſtipu-
23 latione ſub pœna, ſed fiat † cõputatio, *l. apud Celſum §. Labeo ff. de except. dol. l. reſcriptum § ſi pacto ff. de pact. gloſſ. in d. l. In executione §. pen. in verb. prodeſt ff. de verb. oblig. textus: vbi Caſtrenſ. in prin. in l. prædia ff. de action. empt. gloſſ. in d. l. apud Celſum § Labeo in verb. exigere ff. de dol. except gloſſ. in l. qui fidem, in verbo cogetur ff.*
24 *de tranſact.* eſſet ex vi regulæ † caſus, quo ſolutio fieret ex diuerſis partibus multiplicis totius, ſcilicet eſſet pars ſolutionis in ſpecie, pars verò in pęnali quãtitate.

Scio ego, ꝙ Fũdũ dari, inter-
25 dũ † indiuiduũ eſt; ſed illud, dico ego, eſt ex vi accidentium, &
26 † circũſtãtiarũ, eo caſu, quo qui promittit, vel ſtipulatur Fundũ dari, non poteſt equidẽ promit
27 tere Fũdũ dari, ſed Fundũ † tradi; quo caſu ex ſubiecta materia eiuſmodi ſtipulatio nominaliter eſt ſtipulatio Fũdũ dari, rea
28 liter aũt eſt † ſtipulatio Fundũ
29 tradi. Qui aũt ſint ij caſus † vide *Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. oppoſit.* 11. 12. 13. 14. *Iaſonem ib. d. Iaſonẽ ite-*
30 *rum † alios afferentem caſus in l. ſtipulationum quadam §. hæc ſtipulatio, nu. 3. ff. de verb. oblig.*

Secũdus terminus eſt, Fundũ tradi, quo loco *textus in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, ibiq. Bart. nu. 9.* Sed & cõis ſchola, ſentiũt
31 eſſe † indiuiduũ, & quidẽ obligatione, & ſolutione, quia nec
32 inter † hæredes, aut obligatio, aut petitio diſtribuitur, nec partis ſolutio ſuam affert liberationem.

Qđ ſi obijcias mihi *text. in l. In executione §. Item ſi ita ff. de verb. oblig.* vbi tradi poteſt pars fundi. Dixerim priùs, ibi agi de
33 † traditione q̃ eſt eadẽ cum datione, ibiq. in formula ſtipulationis nõ agi de traditione, ſed de datione; formula. n. ſtipulationis ibi ea eſt: Si fundus Titianus datus non erit, centũ dari? Paulus deinde dũ legem proſequitur, ſtipulationemq. illã explicat, loco clauſulę; Fundus datus; vtitur clauſula: Partes fundi tradere; quia ſcilicet difficultas apud Paulum nõ erat penes diſtinctionem formularum, Fundum dari, Fundum tradi, quod nos hic ex profeſſo agimus. Sed tantum pęnes commiſſionẽ totius ſtipulationis pęnalis, vel
34 illius partis. Dixerim † poſteriùs tradi poſſe partem fundi etiam in ſtipulatione Fundum tradi, ſed non prodeſſe, vt ibi dicit textus ibi: Nec ꝓdeſt partes fundi tradere ceſſante vno; Non ſecus ac ſi hominis in ſtipulationem deducti brachium præſtes ſtipulatori, aut caput; non

non ideo tamen ſatis fit ſtipula
tioni, ſed imo corrumpitur ſti-
pulatio, ideoq́. indiuidua eſt, *d.*
l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de
verb. oblig.

Ratio autem huius ſecundi
termini, vt ſcilicet Fundum tra-
35 di ſit † Indiuiduum, & obliga-
tione, & ſolutione, ea eſt ex
Bart. in d. l. ſtipulationes non diui-
duntur, cuius opinio ibi additur
cõmuniter approbata, iterũ ex
eõdem *Bart. ibid. nu. 39.* quia Fun-
dum tradi, ſeu rem aliam tradi
36 continet † merum factum pro
quo eſt *textus in l. ſi rem tradi ff.*
de verb. oblig. do etiam textum l.
ſi fundum ff. eod. do amplius textũ
in l. In conuentionalibus §. fin. ff. de
verb. oblig. à contrario ſenſu. Dici-
tur enim ibi: ſi quis vacuã poſ-
ſeſſionem tradi promiſerit: non
37 † nudum factum hæc ſtipulatio
continebit, ſed cauſam bonorũ.
Hæc textus. Igitur à contrario
ſenſu, ſi quis ſimpliciter Fundũ
tradi promiſerit, nudum factũ
hæc ſtipulatio continebit. Et ra
tio differentię, vt omnia ſint pla
na quatenus hoc in labyrinto
fieri poteſt, ratio inquam diffe-
rentię ea eſt, quia qui ſtipulatur
vel ꝓmittit Fundum tradi, Fun
dum tradi promittit, vel ſtipula
tur, ideoq́. merum, & nudum fa
38 ctum promittit, quod idẽ † eſt,
merum in *l. ſi rem tradi ff. de uerb.*
oblig. nudum in *d. l. In conuentio-*
nalibus §. ſi quis vacuam ff. de uer.
oblig. At verò qui ſtipulatur vel
promittit vacuã poſſeſſionẽ trã
di, non ſtipulatur vel promittit
Fũdum tradi, ſed ſtipulatur vel
39 promittit Fundum † dari, ita
textus cum gloſſ. 1. in l. ſi ſtipulatus
ſis ff. de vſur. gloſſ. in d. l. In conuen
tionalibus, in §. ſi quis vacuam, in
verbo cauſſam bonorum ff. de verb.
oblig. & textus in l. Datio poſſeſ-
ſionis §. ſi emptor vacuam ff. de act.
empt. Cùm ergo ex natura obli-
gationis intrinſeca nemo poſ-
40 ſit † p̃ciſe cogi ad factũ, ſed ſuc
cedat ex natura obligationis
obligatio ad intereſſe *d. l. ſtipu-*
lationes vbi Iaſ. num. 18. Bart. nu.
39. et l. ſi fundum prȩſtari ff. de uer.
obl. certè ſi Fundum tradi eſſet
diuiduum, poſſet ſequi ſolutio
41 in † diuerſis partibus plurium
totorum, quod iam eſt exploſũ
ex textu in l. In executione §. pro
42 *parte ff. de verb. obl.* Eſt & † alia
ratio, quã nõ ineptè afferri poſ-
ſe opinor, quòd licet dño fundi
volẽte (ſi id ſua tñ interſit, nec
alicuius alterius votum deſide-
43 retur) fundus vnus poſſit in †
variatas menſuras diuidi, ac in
varios quoque, & multiplicatos
fundos conſtitui *l. fundi partem*
ff. de contrah. empt. Iaſ. in l. ſtipula-
tiones non diuiduntur, num. 17. ff.
44 *de verb. oblig.* attamen re † non
integra, nec volẽte ſtipulatore,
pars fundi fundus non eſt, ſed
locus, *l. locus ff. de ver. ſignif.* Q̃uo
aũt aliud pro alio, locus ſcilicet
45 pro † fundo, inuito creditori
ſolui, præſtarive poterit?

Neq.

46 Neq. obijcias † iterũ de textu in *l.1.ff.de act.empt.* vbi obligatio Fundum tradi habet pciſam
47 obligationem ad † factũ, ideo diuiduum videtur ex ſuperius adductis Fundum tradi. Res .n. clara eſt, quã cõmuniter teneãt doctores teſte *Bart. in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, nu.39. ibid. Iaſ.nu.*18. ſcilicet q̃ Fundũ tra-
48 di in † venditione non cõtinet merum factum, ſed amplius ẽt dandũ, quia ſi eſt dñs vel quaſi,
49 transfert † dominiũ, vel vſucapiendi conditionem *l. exempto, in princ. ff. de act.empt. l. In conuentionalibus, in fin. ff. de verb. oblig. eſt & notab. text. in l. Datio poſſeſſionis quæ à venditore fieri debeat, in princ. ff. de act. empt.* vbi dum
50 † quidam ex ingenio reponunt traditio poſſeſsionis, illud eſt aduerſus cõmunẽ lectionẽ nec licet vt ibi addiẽ. Ita vt videas ibi in materia venditionis, ſtatim percurras principium textus, in materia venditionis idẽ
51 † eſſe Fundum dari, ibi: Datio poſſeſsionis quę à venditore fieri debeat, & Fundum tradi, ibi: Tradita poſſeſsio non intelligatur. Sed & eſt *gloſſ. 3. in l. Certi condictio, in princ. ff. ſi cert. pet.*

Hęc verò dum vera puto, imo veriſsima conſtituo cum Bartolo, & cõmuni, ſatis hæreo non ſo-
52 lũ, ſed & nimis † vereor de eorũ ſententia, qui dixerũt in noſtræ ſectionis themate: Fundum tradi, de quo in *d.l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig.* dixerunt inquam agi de Fundo vendito, qui ideo diuiduus eſt quia
53 & † venditio habet naturã indiuiſam. *l. Cum ex cauſſa ff. de uerb. oblig.* & quia etiã promiſsio de
54 † euictione indiuidua eſt, *l. ſi cum vno ff. ſi ex noxal. cauſ. l. ſi rẽ la 2. §. 1. ff. de euict. l. ex clauſula ff. Iudicatum ſolui, l. ſi quis aliam ff. de ſolut. l. quod ſi vno ff. de in diem*
55 *addict.* Tum † quia lex ſtipulationes non eſt reſtringenda ad materiam venditionis, ſed ad quamlibet ſtipulationem iuxta illius *rubricam ff. de verb. obl.* Qñ .n. Iura voluerunt agere de Fũdum tradi in ordine ad venditionem, vel id expreſſerunt, vt *in l.4. ff. de uſur.* ibi: Verum ſi emptor à venditore &c. in *l. 1. in princ. & in l.3. in princ. & §. 1. ff. de act. empt.* vel ſaltem ſub congruis, aut proximis titulis ea de re egerunt. Tum quia in materia venditionis, Fundum tradi, idem eſt, quod Fũdum dari; iam diximus. Tum quia, imo,
56 Fundum tradi in † venditione cùm ſit idem quod Fundum dari, eſt diuiduũ, cùm, vt dixim⁹, poſsit quis præcisè cogi ad fa-
57 ctum ẽt re † perempta, ex intrinſeca tamen natura obligationis *l. ſi ſeruum §. fin. ff. de uerb. oblig.* Ideoq; non contingit abſurdum, *de quo in l. In executione §. pro parte ff. de uerb. oblig.* vt diuerſarum ſpecierum partes ſoluantur.

Non

Nō obſtat ratio petita ab cui
58 ctione. *Text.* † *nanq; in l. ſi cum vno ff. ſi ex noxali cauſ.* loquitur ex accidentis ſuperuenientia,
59 ſcilicet † poſt litē cōteſtatā, quo caſu cuilibet inſolidū impēdet defendēdi neceſſitas, *gloſſ. ibid.*
60 *in ver. neceſſitas,* Cæterum ante † litem cōteſtatam, cedendo partem ſuā liberatur *l. ſi ſeruus cōmunis ff. de noxal. act. gloſſ. fin. in d. l. ſi cum vno ff. ſi ex noxal. cauſ.* Amplius, vt ibi additur ex authori-
61 tate Baldi aliud eſt † defenſio, aliud eſt res defenſa cū ſua cauſ
62 ſa; defenſio eſt † indiuiſibilis, proprietas tamen & ſua cauſſa
63 diuiſibilis † eſt.

Et *text. in l. Cum ex cauſa ff. de*
64 *verb. oblig.* malè † fortè hucuſq. fuit intellectus, aliumq. recipit ſenſum. Dicitur. n. ibi: Inſolidū defendenda eſt venditio, cuius
65 † indiuiſa natura eſt. Hæc text. Dicas tu hucuſq. receptā ſentētiā, & à nemine quē viderim cōtrouerſam, falſam eſſe. Nec. n. dico ego, ſtructura ea eſt: In ſolidū defendenda eſt venditio, cuius venditionis indiuiſa natura eſt; Sed: Inſolidum defendenda eſt vēditio, cuius defendendæ, ſcilicet vēditionis, indiuiſa natura eſt; ita vt indiuiſionē nō ad
66 † venditionē referas, ſed ad illius defenſionē, qđ & viſa eſt voluiſſe *gloſ. in d. l. cum ex cauſſa, in ver. Natura eſt ff. de verb. obl. vbi iunctis & text. & gloſſ. & Venuleio ſcilicet, & Accurſio,* hæc verba habentur: In ſolidum defendenda eſt venditio, cuius indi-
67 uiſa natura eſt in † hoc, vt non ſufficiat ab vno defendi. Ratio
68 aūt † differentiæ cur Fundum tradi in vēditione diuiduū ſit; illius verò defenſio ſit indiuidua, ea eſt, quia primo caſu cū quis cogi poſſit præciſè ad illi⁹ traditionem iā nullum erit abſurdū, nec fiet ſolutio in diuerſis rebus. Quòd ſi defenſio, natura ideo euictionis, & ipſa diuidua ſit, iā emptor poſſet habe-
69 re † partē rei ꝓ empto, & partē pretij ꝓ euicto; & ſic ſolutio cōtingeret in diuerſis reb⁹, quod eſſe non poteſt. Adde, ꝙ aliud
70 eſt vēditionem eſſe † indiuiſā, aliud Fundū tradi Indiuiduū, vel diuiduum, poteſt enim eſſe indiuiſa venditio, & Fundum tradi in vēditione, quod idem eſt cum Fundum dari, eſſe diuiduum. Quorſum enim venditio
71 † indiuiſa eſt? Scilicet quia partem non emiſſem *l. quod ſi vno ff. de in diem addict. l. ſi quis aliam rē ff. de ſolut. l. qui vtilia l. Qui ſi quis C. de omn. agr. deſert. lib. 11. gloſſ. in l. Cum ex cauſſa in verb. Natura eſt, verſ. vel ideo ff. de verb. obl. Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. gloſſ. 1 nu. 24. verſ. Quid enim.* At verò, quòd Fundum tradi in vēditione ſit diuiduum, non ideo eſt indiuiſa venditio, quia cum poſſim venditorem præciſè cogere ad reliquas partes tradēdas, ecce diuiduum Fundū tra-

 di

di in venditione, totum tamen Fundum traditum, indiuiſáq; ideo venditionem.

Pariſ. *verò par.2.nu.204.pag.151.nu.301.pag.186.& nu.305. cum ſeqq.pag.187.* in ea fuit opi
72 nione vt Fundum tradi † diuiduum ſecundũ ſe eſſet, confun-
73 dens manifeſtè † terminos Fundum tradi, Fundum dari, & Fundum reſtitui. Hocq; dicit eſſe clariſſimum, & toti iuri conſonum. Proſequitur verò his verbis nuncupatis Pariſ. Tantum lex vna, imo vnicum verbulum quãtum ad obligationem Rem tradi obſtare videtur, in *l. ſtipulationes non diuiduntur, ibi, Fundum tradi, ff. de verb. oblig.* Quod adusq; omnium, *Glo. & dd.* mentes perturbauit, ſeu potius dementauit, eo quòd nudo cortici literæ vnius verbuli nimis addicti non potuerunt oculos attollere ad mentem legis, quæ tñ ſatis clarè etiam per multa eiuſdem legis verba ſe ſe pro-
74 dit. vt enim † Faciendum ibi non debet intelligi de quocunque facto (cùm plura ſint diuidua) ſed ſolùm de eo cui ineſt indiuiduitas, ita illud exẽplũ, Fundũ tradi, nõ debet intelligi
75 de † quacunq; obligatione Fũdi tradendi, imo hoc eſſet impoſſibile, & ineptiſſimum, ergo debet intelligi de ea tantũ obligatione. Fundum tradi, cui ratio indiuiduitatis accedit ita vt eius diuiſio corrumpat ſtipulationem ſeu ſtipulationis implementum. Hæc ille. Qui inferius *nu.312.* intelligit noſtrum textũ quoties ſtipalatio Fundum tra
76 di † eſſet pro ædificanda turri, quæ cum nõ poſſit fieri pro parte, nec fundamenta pro parte, nec ideo fund' fodiẽd' ad fun-
77 † damẽta turris tradi ꝑ parte.

Vides verò Trhaſonicum auſum; quis enim neſcit facta non omnia indiuidua, Sed quædam diuidua, & quædam indiuidua, *noſtro §. Cato.* Dum verò *Vlpianus in d. l. ſtipulationes non diui-*
78 *duntur*, dicit † facta eſſe indiuidua, nõ dicit ſimpliciter facta eſſe ĩdiuidua, ſed ea facta, & ijs ſimilia, q̃ ibi recẽſenẽ; nec.n. ibi exempla facti declarãt factum, vt omne factum ſit indiuiduũ, poſitaq; ideo ſint exempla ad declarationem tantùm, non
79 † autem ad reſtrictionem qua-
80 lia † regulariter ſolent, ſumi, & poni exẽpla *l. regula §. pen. & fin. ff. de Iur. & fact. ignor. l. 1. §. quod vulgo ff. de vi, & vi armat.* Sed exempla *in l. ſtipulationes nõ diuiduntur ff. de verb. oblig.* re-
81 ſtringunt † factum, ſeu illud aliquid faciendum, de quo in textu; tum quia vnica eſt oratio vnico verbo compræhenſa,
82 & constructa † iuxta *not. in l. re coniuncti ff. de leg. 3.* tum quòd textus habet hæc verba: Idẽ putò, & ſi quis faciendum aliquid ſtipulatus ſit: vt puta Fundum tradi, vel foſſam fodi, vel inſulã fa-

fabricari,vel quid his ſimile,ho
rum enim diuiſio corrumpit ſti
pulationem. Hæc textus. Quo
loco cum nō exempla quædam
tantùm apponantur, ſed omnia
exempla, ibi, vel quid his ſimi-
le;manifeſtum eſt poſita ibi exē
pla non pertinere, ad factū vel
faciendum in genere, ſed fa-
ctum pertinere, ac reſtringi ad
exempla ibi appoſita, vel ijs ſi-
milia. Quàm verò ineptum ſit,
ſcilicet in *d. l. ſtipulationes non*
diuiduntur, agi de ſtipulatione
Fundū tradi intuitu turris ædi-
83 ficandæ, quæ cum partes † nō
admittat;nec fodi poteſt fund⁹
pro fundamentorum parte,nec
ideo fundus pro parte tradi;
quilibet iudicet, nec enim ſum
ego moris mei immemor, vt ſci
licet ea, quæ de ſe apud omnes
pateat,aut offendam, aut defen
dam.

Tertius terminus eſt Fundū
ſeu rem reſtitui;Atq. hìc miſſas
facio innumeras propè neſcio
an ſententias, an opiniones, an
ſuſpicationes an nænias. Tres
sūt magis principes opiniones,
quarum

Prima eſt,vt Fundum reſtitui
84 ſit † indiuiduum, quemadmo-
dum,& Fundum tradi,quia ſci-
licet, Rem, ſeu Fundum reſtitui
85 magis † participat de facto me
ro, quàm ſtipulatio Rem tradi;
quia ſtipulatio Rem tradi veri-
86 ficatur ēt in habente † domi-
nium,vel poſſeſſionem,& vtrūq.
transferente *l. ex empto,in princ.*
ff. de action. empt. l. In conuentio-
nalibus, *in fin. ff. de verb. oblig.*
quæ certè habent admixtam ſti
pulationem dandi, vt ſuperius
diximus. At verò Rem reſtitui
87 † ſupponit dominium, & poſ-
ſeſſionem, etiam ſæpius, penes
eum,cui facienda eſt reſtitutio,
88 vt in depoſito, vt in † commo-
dato *l. Rei commodatæ ff. cōmod.*
89 ideo reſtitutio multò † magis
merum factum continet, quam
traditio; ſi ergo eam ob rem
Fundū tradi indiuiduum eſt,qa
continet merum factum *l. ſi rem*
tradi ff. de verb. obl. & diximus,
igitur multo magis Fundum re-
ſtitui, ita *Caſtillionæus*, *Cuman.*
Fulgoſ.& alij apud Iaſon.in d.l. ſti
pulationes non diuiduntur, nu.19.
ff. de verb. oblig.
90 Hęc opinio nullo modo† pla
cet,quia non accidēs attendo,
ſed vim ſubſtātiæ obligationis;
91 Reſtituo enim ex vi † ſtipula-
tionis idem eſt, quod Rem tuā
tibi ſtatuo, vel Rem tuam tibi
ſiſto; eſt argumentatio ab ety-
mologia,vel alluſione,aut veri⁹
92 † ab vtroque ſimul. Hic verò
cùm requiratur ex vi vocabuli
ius quoddam perſeuerās apud
93 † reſtitutarium,quis non videt
in ea ſtipulatione non merū,aut
nudum factum contineri, ſed
ius præterea aliquod? Vix eſt
igitur,vt eadem ſit hæc ſtipula-
tio Fundum reſtitui, ſeu Rem
94 reſtitui † cum ſtipulatione Fun

Y 2 dum,

dum, vel rem tradi, ſed potius
95 cum illa, Fūdum, vel rem† dari.
Secunda eſt opinio, quæ mihi maximè placet, & eſt *Pariſ. in 2. part. num. 301. pag. 186. & num. 305. pag. 187. & alibi.* vt ſtipula-
96 tio Rem reſtitui ſit † diuidua, non equidem ob illius rationē, quòd eadem ſint hæc duo Fundum tradi, & Fundum reſtitui;
97 nimis .n. † aberrat homo ille; Sed quia ad hoc eſt *textus in l. In condict.one ff. de condict. furtiu.* *textus* qui idem probant, niſi to
98 tam poſſet rē† reſtituere (hocq́. dico ego ratione alicuius doli, qui vt olim diximus, & etiā eſt *textus in l. ſi duo hęredes ff. depoſit. in l. In depoſiti actione ff. eod.* indiuiduus eſt) *d. l. In conditione ff. de condict. furt. l. ſi plures ff. de vi, & vi armat. l. 3. §. hæres ff. cōmod.* vel reſtitutarius, ſiue is cui facienda eſt reſtitutio, expreſsè fuiſſet plurium inſolidum ſecu-
99 tus † fidem, quia tunc efficitur cautela particulari indiuiduū, non ſolùm in ſtipulatione, ſed & in emptione, vēditione, locatione, conductione, depoſito, commodato, teſtamento, *l. eandem rem, in princ. ff. de duobus reis.*
100 Aut aliàs † æquipollentia le-
101 gali, vel legitima verborum† ſignificatione pluriū adhuc inſolidum fuiſſet fidem ſecutus *d, l. eandem rem in fin. principij ff. de duobus reis*, vel ſaltem tacitè ex
102 † ſubiecto themate, *l. 1. §. ſi apud duos ff. depoſiti*. Non deeſt ratio, nec quidem contemnenda, quia ſcilicet, Fundum reſtitui, attenta vi ſubſtantiæ obligationis vel eadem eſt, vel maximè accedit ad obligationem Fundum dari.

Tertia opinio eſt Bartoli in *d. l. ſtipulationes num. 9. ff. de verb. oblig.* vbi additur eam eſſe communē, ſcilicet vt obligatio ſeu ſtipulatio. Rem reſtitui, mediū
103 † teneat inter obligationem Rem dari, & Rem tradi; ideoq́.
104 quò ad obligationem ſit † diuidua, quemadmodum obligatio dandi: quò ad ſolutionem
105 verò† indiuidua, quemadmodum obligatio faciendi. Sed prius hāc opinionem dijudices cum *eodem Bartolo ibidem, nu.* 10. qui de ea re maximè dubitans, ait: Dices tu, iſta verba licet habeant colorē, tamen non habent ſaporem. Poſtremò vides *cum Alexandro, & Caſtrenſ. ibidē etiam addito*, quòd in puncto iuris verior eſt opinio aduerſus Bartolum.

SVMMARIVM.

1 *Foſſam fodi indiuiduum eſt obligatione, & præſtatione.*
2 *Foſſam fodi: legit Florentina lectio, Foſſam fodiri.*
Vtrumque concedit Author, n. 3.
Rectiùs tamen in tertia, num. 4.
5 *Foſſam fodi cur indiuiduum ſit.*
6 *Officij nomē indiuiduū eſt, et quare.*
7 *Regula illa: Nihil actum eſt, dum aliquid ſupereſt agendum: omnia*

ferè

fere complectitur facta.
8 Officium naturam habet indiuiduã.
9 Foſſa indiuidua eſt vſque ad flumẽ.
Ratio adducitur, num. 10.
11 Textus in l. In ſumma §. præterea ff. de aq. plu. arcend. declaratur.
12 Foſſa quomodo partes habeat.
13 Foſſam fodi eſt ſtipulatio diuidua contractu.
14 Text. in l. 2. ff. de aq. pluu. arcend. agit de Foſſa iam foſſa.
Ideoq. de ſtipulatione Foſſam purgari, num. 15.
16 Foſſam purgari, ſecundùm ſe non eſt quid diuiduum.
Maximè enim accedit ad Foſſam fodi, num. 17.
18 Foſſam communem purgari diuiduum eſt.
Sed quomodo, num. 19.
Ratio affertur, num. 20.
21 Foſſam fodi ad veras foſſas refertur.
Sed & ad puteos viuos, num. 22.
Qui propriè putei dicuntur, n. 23
Sed & ad mortuos, qui à Prætore Cloacæ appellantur, num. 24.
Ab Vlpiano Locus Cauus, per quem Colluuies fluit, nu. 25.
Piſis, puteus niger, nu. 26.
27 Foſſæ, ſecundùm ſe, & in fodi, & in purgari, obligationem conſtituunt indiuiduam.

ARGVMENTVM.

¶ Foſſam fodi, & Foſſam purgari, an differant, potiſſimùm verò penes diuiduitatem, & indiuiduitatem. Foſſam fodi, & Foſſam purgari, quænam, tũ propriè, tum impropriè accepta vocis ſignificatione, comprehendant.

Foſſam fodi.

SECTIO. XIX.

Foſſam fodi indiuiduum eſſe, & obligatione, & præſtatione, ſeu ſolutione
1 † concedunt omnes. Quo loco dum Florentina
2 lectio eſt: Foſſam † fodiri; vtrũq. concedo ego, & Foſſam fodi in
3 tertia, & Foſſam † fodiri in quar
4 ta. Rectius tñ in † tertia, & cum *Cicerone in Philippicis, in Tuſcul. de Finib. de Orat. de Diuinat. & cũ Caio I. C. in l. fin. ff. fin. regund.*

Ratio ea eſt principalis dicti, quia Foſſam fodi, licet ſecũdum ſe videatur quid ſimplex & abſolutum: attamen eſt rela-
5 tiuũ † ad munus aliquod; eſt. n. nomen officij, quod indiuiduũ
6 † eſt; non ſolum ex regula illa: Nihil actum eſt, dum aliquid ſupereſt agendum; quæ omnia fe-
7 rè complectitur † facta *l. 2. ff. de prætor. ſtipul. l. Cum ſyllanianum in fin. C. de his quib. vt indign.* ſed quod magis eſt, ex natura officij, neq. n. officiũ præſtare po-
8 teſt ſuum, poſtquam fuerit † diuiſum ideoq. indiuiduum eſt ratione

tione officij.Eſt.n. foſſa indiui-
9 dua vſque † ad flumen, vel vſq.
ad mare ratione officij ne præ-
dia ſcilicet, vel oppida aquis,
10 vel pluuijs, vel † naſcentibus,
aut inundentur,aut obruantur; quod officium, quodve munus præſtare non poſſet foſſa,niſi ad mare protenderetur,niſi ad flumen extenderetur.*ego aliquid ob ſer.257.*
11 Quo loco dũ † obſtat *textus in l. In ſumma § præterea ſi in confinio ff. de aq. pluu.arc.* vbi foſſam
12 fodi partes† habet;caueas omnino ab ijs,qui dicunt illũ textum procedere à principio, ſecus vbi foſſam fodi ſtipulatum eſt,quia promiſſis ſtandum eſt, foſſaq. ideo integra facienda;q non ſolùm fuit error modernio rum,qui Iaſonem ſuppreſſerunt in eo lapſu; ſed & ipſius *Iaſonis inter alios in l. ſtipulationes non diuiduntur, nu.17. ff. de verb. oblig.* Fateor,vide, quod Foſſam fodi
13 poteſt † in ſtipulationem pro parte deduci à principio, quia eſt diuidua contractu. Sed dico quòd in *d.l. In ſumma,quæ eſt lex 2. ff. de aq. pluu. arc.* non agitur de Foſſam fodi à principio,Sed
14 de Foſſa iam † foſſa purganda,
15 atque ideo de Foſſam † purgari, & quidem foſſa communi; quæ cum ratione dominij, poſſeſſionis,& vtilitatis, & commodi,ſit communis,cõmunis & labor,cõmune impediũ,cõis ideo purgatio. Non (ne quæſo deci-
16 piaris) quòd Foſſam † purgari ſit quid diuiduum ſecũdùm ſe,
17 cũ maximè accedat ad Foſſam†
18 fodi,ſed, quòd Foſſam† cõem purgari, dum inter communicantes in foſſa purgãda agitur,
19 & illud † diuiduum eſt; cum nullum abſurdum aduerſus ge-
20 nerales regulas† indiuiduitatis,aut diuiduitatis, inde,aut emergat,aut emergere poſſit;niſi volente communione, volentibuſq; conſocijs;quod ſibi tandem imputent.

Scias verò Foſſam fodi, nõ tã
21 ad † foſſas referri,quales ſupe-
22 rius recenſuimus,ſed etiam ad puteos;ſiue ij viui ſint ad exhau
23 riendas aquas, quos † proprie puteos dicimus; ſiuè mortui,
24 quas prætor † Cloacas,hoc eſt, vt *Vlpianus in l.1.ff.de Cloacis,ait,*
25 Locum cauum per quem † colluuies quædam fluat, *Corn. conſ. 282. In hac, nu.6.7.8. vol.4.* Piſis
26 † puteos nigros appellant. Hæ enim foſſæ qualeſcunq; ſint,ſe-
27 cundum ſe, & in † fodi, & in purgari, obligationem conſtituunt indiuiduam.

SVMMARIVM.

1 *INſula propriè ſumpta, eſt terra vndiq; aquis circundata.*
2 *Inſula non fit, ſed naſcitur.*
3 *Inſula dicta, quaſi in ſalo.*
Reijcitur eiuſmodi etymologia ab Authore, num.4.
5 *Præpoſitio* In, *loco adiecta includit Appoſita verò qualitati excludit, nu.6.*

7 *Sa-*

7 *Salum ex græca ſignificatione dicitur à mouendo, & fluctuando.*

8 *Inſula eſt quaſi naturaliter negatiua motus, & fluctuationis.*

9 *Corſica, &*
Sardinia, inſulæ ſunt ex Aretino, & quidem naturaliter.

10 *Sicilia, &*
Cyprus, inſulæ ſunt ex Baldo, & quidem naturaliter.

11 *Venetiarum Ciuitas eſt Inſula ex Ripa.*
Secus ex Baldo, num. 12.

13 *Venetiarum Ciuitas, ſiue inſula ſit, ſiue non ſit inſula, non recognoſcit ſuperiorem.*
Nec de iure, nec de facto, nec de facto, nec de iure, num. 15.
Ideo communis patria eſt hodie, ex Menochio, ibid.

14 *Ciuitates ſupra mare ædificatæ nõ recognoſcunt ſuperiorem de iure gentium.*

16 *Inſula impropria, dicitur fabricari.*
Vel fieri, num. 17.
Non autem naſci, num. 18.

19 *Naſcens Troia quomodo accipiatur apud Virgilium.*

20 *Naſcentes muros quomodo vſurpet Virgilius.*

21 *Inſula impropria, eſt quælibet domus, ex gloſſa.*
Quam reijcit Budæus, nu. 22.

23 *Inſula eſt domus, quæ inquilinis locatur, ex Publio Victore.*
Quem reprehendit Alciatus, nu. 24.

25 *Inſula propria quid ſit ex alijs.*

26 *Domus nullis alijs connexa, inſula nominatur.*

27 *Inſulæ 335. olim Romæ incendio abſumptæ.*

29 *Inſula eſt ſpatioſior domus, ex Contio.*
Ratio affertur ab Authore, nu. 28.

30 *Inſula impropria quid ſit, ex Alciato.*
Quales ſunt Ianuæ, num. 31.

32 *Inſulam fieri, uel fabricari, indiuiduum eſt.*
Ratio adducitur, num. 37.
Sed & alia ratio, ibid.
Amplius alia ratio, num. 39.

33 *Inſula capit ſubſtantiam à forma, & ab vltimo lapide.*

34 *Inſulæ pars non eſt inſula.*

35 *Forma ex conſummatione contingit.*

36 *Perfectum ædificium eſt, quod in eo vſu eſſe poteſt, ad quem paratur.*

38 *Intereſſe ſuccedit ad factum pro non facto.*

40 *Text in l. Continuus §. item qui inſulam ff. de ver. ob. declaratur.*

41 *Paria ſunt aliquid dari, & inſulam fieri.*

42 *Dari aliquid, diuiduum eſt.*

43 *Intereſſe reſpectu moræ, & temporis recipit diuiſionem.*
Non autem reſpectu totius operis, num. 44.

45 *Intereſſe temporis ſuccedit interdũ intereſſe ædificij.*
Quo caſu indiuiduum eſt, nu. 46.

47 *Volenti ſtipulatori ſolutio fieri poteſt in diuerſis rebus.*

48 *Creditore volente contingit liberatio ẽt facta diuiſione ſolutionis.*

Ratio

Ratio adducitur, num.49.
50 *Dari, & fieri, paria ſunt quò ad purgationem moræ.*

ARGVMENTVM.

¶ Inſulam propriè acceptã naſci, impropriè verò fieri, vel fabricari. Inſula impropriè ſumpta quid ſit tãdem ex eruditiſsimo Alciato. Inſulam fieri, vel fabricari, an diuiduum ſit, an indiuiduum. Dari aliquid, aliquid fieri, quatenus conueniant.

Inſulam fabricari.

SECTIO XX.

INſula, ſi eam ꝓpriè
ſumamus, terra eſt
1 vndique† aquis cir
cundata, *gloſſ. in l.*
3.§ effracturæ, in uer.
Inſulis ff. de off. præf. vigil. gloſſ. in
§. Inſula, in verb. Inſula Inſt. de rer.
diu ſ. Ripa in l. ſi inſulam, nu.20. ff.
de ver. obl. quæ non fieri dicitur
2 ſed † naſci *d. §. inſula.* Inſula di-
3 cta quaſi in† ſalo, ſeu in mari *Al*
ciat. in l. Vrbana, in princ. num.5.
ff. de verb. ſignif. Quanquam ego
eiuſmodi etymologiam, ſeu de
4 riuationem non † amplector.
Quoties enim dictio In adijci-
5 tur loco † includit certè *not. in*
l. pleriq. ff. de in ius vocand. Sed
6 quando additur qualitati † ex-
cludit, *Bart. & alij in l. Gallus §.*
ille caſus ff. de lib. & poſth. Salum
autem cùm ex vi græcæ ſignifi-
7 cationis, σαλωειν, ſignificet† mo
uere fluctuare, dictã puto ego
Inſulam, quaſi naturaliter nega-
8 tiuam motus, & † fluctuationis.
Hinc ideo naturaliter Corſica,
9 &† Sardinia Inſulæ ſunt ex *Are*
tino in §. Inſula in princ. Inſt. de
10 *rer. diu ſ.* Sicilia, &† Cyprus ex
Baldo conſ.410. quidam, nu.2. vol.
5. Ampliſſima autẽ Ciuitas Ve-
11 netiarum modò † affirmatur in
ſula *Ripa in l.1. num. 8. ff. de acq.*
12 *poſſ.* modò† negatur inſula *Bal-*
dus d. conſ.410. per totum, vol.5.
& conſ.472. vol.2. Ripa in l. ſi in-
ſulam, num.22. ff. de verb. oblig. nu.
9. Quicquid ſit, an Auguſtiſſima
illa Venetiarum ciuitas ſit Inſu
la, vel non ſit Inſula, ſuperiorẽ
13 † non recognoſcit; ſi eſt Inſula
res patet ex Inſularũ iure, ſi in
ſula non eſt, adhuc generaliter
14 de iure gẽtiũ ciuitates ſupra †
mare ædificatę ſuperiorem non
recognoſcunt. Clariſſimi ideo
Veneti ſuperiorem non reco-
gnoſcunt *Bart. in l. hoſtes, nu. 4.*
ff. de capt. & poſt lim. reuerſ. Cæſar
Contard. in l. vn. C. ſi de moment.
poſſeſſ. limitat.22. num.15. Ripa in
l.1. num.8. in 4. notab. ff. de acq. poſſ.
poſt Salycet. in l.3. C. de naut. fœn.
Idem voluit Cæpol. de ſeruit. ruſt.
præd. in tit. de Mari num. 4. Præ-
ſes, & preceptor meus Menoch.
conſ.2. num.105. & in 2. reſponſo
cauſſæ

Digitized by Google

cauſſa Finarienſ.numero 63.vbi id
ſtabilit non ſolum de iure, ſed
15 etiam de † facto, nec ſolùm de
facto,ſed ẽt de iure; *idem ibid.nu.*
105.Quare,& communis patria
eſt hodie *Menoch. loco cit. nu.64.*
Fulgoſ.conſ.62. ſtante, Cuman.cõſ.
72.Viſis, in fin. Marant.in ſuo ſpe-
culo,in 6.part.in verb.Et quandoq;
*appellatur,nu.*234.*Bertaz.de Clau*
ſul. clauſula 21. *gloſſ.* 24. *Emens,*
*num.*2.

Non plura quęſo,nec enim in
l.ſtipulationes non diuiduntur ff.de
uerb. oblig. agitur de Inſula pro-
priè ſumpta,quę naſcitur,vt di-
ximus,ſed de Inſula impropria,
16 quæ vel dicitur † fabricari, *d.l.*
17 *ſtipulationes,*uel† *fieri l.ſi inſulam*
ff.eod. de uerb.oblig. l.2.§.ſi quis in
ſulam,ff. de eo, quod certo loco, &
18 *d.l.ſtipulationes §.fin.* nõ aũt †
naſci; niſi cũ *Poeta* 10. *Aeneidos*
19 impropriè† agas,elegantiſſimè
tamen Naſcentem Troiam, Na-
20 ſcentes † muros.

Inſula igitur impropriè ſum-
pta, de qua *in l. ſtipulationes non*
diuidunrur ff.de uerb.obl.in l. ſi in-
*ſulam ff. eod.& alibi ſæpe,*eſt quę
21 libet † domus, *Gloſſ. in l.3.§.ef-*
fracturæ, in ver. in inſulis ff.de off.
*pręfect.uigil.*quam ita intelligit,
22 atq; ideo † reprąhendit *Bu-*
dæus in adnot. ad Pandect. in l. ſed
addes §. ſi inquilinus pag. mihi
667. ff. de locat. & conduct.

Alij, quòd appellatione Inſu
læ veniat ſola domus,ædesq; eę
23 tantum,quæ † inquilinis locan
tur,quod voluit *Publius Victor,*
24 quem & refert, & † reijcit *Al-*
ciat. in l. Vrbana,in princ. num.5.
ff. de verb. ſignif.

Alij verò,& eſt communis,vt
quia Inſula impropria, ſimili-
tudinariè inſula eſt, volunt vt
quemadmodum propria inſula,
25 loca ſunt in mari † vndiq; aquis
ambita,vndiq; aquis à cõtinẽti
26 diſcreta: ita & domus nullis †
connexa ædificijs cohærentib⁹
inſula nominẽt; Vnde & Spar-
tianus ſcribit 335. inſulas olim
27 † Romæ incendio abſumptas,
Alciat. & Budæus locis cit. Bolo-
gnet. in l. ſi inſulam, num.30. ff.de
verb. obl. Quoniam autem eiuſ-
modi domus inſulatæ ſæpius,&
28 † regiæ, & palatia ſunt poten-
tiorum,inde à poſteriori,vt opi
nor,Contius, *ad d.l. ſi inſulam ff.*
de uerb.oblig. voluit,vt Inſula eſ-
29 ſet † ſpatioſior domus.

Mihi placet omnino, ꝙ nouiſ
ſimè eruditiſſimus Alciatus ex-
cogitauit in *l. Vrbana,nu.5.ff.de*
verb.ſignif. Vt appellatione in-
30 ſulæ † veniat domus ab alijs ſe
parata quidem, ſed tamen am-
plius canalibus circundata ad
fontes transferendos, aquasq;
tranſuehendas,vt faciliùs incẽ-
dia vrbium extinguerẽtur,qua-
les domos vidi ego in Ampliſ-
31 ſima Ciuitate † Ianuæ.Verba Al
ciati hæc ſunt: Feſtus propter
crebra incendia,cũ multi aquę-
ductus in vrbem deferrentur, à
Nerone excogitatum tradit, vt

aqua priuatorum licētia inter-
cepta, quo largior, & pluribus
in locis haberetur, in publicum
flueret, ædificiaq; non commu-
nione parietum, ſed proprijs
quæq; muris ambirentur, cana-
libus vt opinor eis in parietib'
additis, vt reprimendis ignib'
aqua facilius decurreret; Hinc
inſulæ nomen deductum. Hæc
Alciatus.

His poſitis.

Certum eſt Inſulā fieri, vel fa
bricari, hoc eſt domum fieri vel
